00010269
Pd
1.25

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

O
520
Hyg/Hyg
10269
P / D / 25

00010269

Horizon pluribus nominibus nuncupatur, s. Circulus emisphe
terminator visus, finitor, finiens, et girus,
Horizon q. oriens Zona, Circulus emisphery, quia totam spheram di
dit per medium, finitor ex eo quod finiat visum. Girus ex eo quod g
rat. et hoc nomine nuncupatur a M. manilio horizon.
Duplex est horizon rationalis et sensibilis rationalis est qui termin
tur a firmamento, sensibilis qui á terra.

a cleomede

Zone etiam pluribus nominibus uocantur, Ab Aristotile Decisiones, Cing
ula, plage ab ouidio, apud alium fascie et Rracule dicti sunt a[illegible]
Ecliptica triplici nomine appellatur, s. linea que transit per
medium signorum, via solis, et Ecliptica ex eo quod ambo lu
mina deficiant sub ipsa, s. Sol. et Luna.
Tropici [illegible] dicuntur s. Conversiui ex eo quod convertuntur
sol ad [illegible] ut in primo capricorni

(21)

Portecon
Hygine Astronomica Venetiis
1512

P. d. 25

De Mensuris

Quatuor grana hordei conficiunt digitum, et quatuor digiti palmum, et quatuor
palmi pedem, et quinque pedes passum, et centum et viginti quinque passus stadium, et
octo stadia miliarium, et duo miliaria quam legam dicunt,
Debes animaduertere quod triplex est stadium. s. Romanum, Atheniense, et Phithium,
Romanum est quod constat ex 125 passibus, Atheniense vero quod ex 126 passibus
Phithium aut quod ex 200 passibus.
Sex grana hordei conficiunt obolum unum,
Cubitus constat ex sex palmis, et etiam sesquipes hoc est pes unus cum dimidio facit
cubitum unum,
Schenus est quedam distantia que constat ex triginta stadiis,
Phalange est quedam alia distantia [illegible]


Clariſſimi Hyginij Aſtronomi De Mundi Et Sphere Ac Vtriuſqꝫ Partium Declaratione Cū Planetis Et Varijs Signis Hiſtoriatis.

P.d-25
B 1973



Scemma ſphæricum ſecundum Hyginii deſcriptionem.

Polus Articus.



Polus Antarticus.

CLARISSIMI VIRI HYGINII POETICON ASTRONOMICON. OPVS VTILISSIMVM FOELICITER INCIPIT.

De mundi & ſphæræ ac utriuſq; partium declaratione.

Liber primus. Prohemium. Hyginius. M. Fabio plurimam ſalutem.



T SI TE STVDIO grãmaticæ artis inductũ: nõ ſolũ uerſuũ moderatõe: quã pauci puiderũt: ſed hiſtoriaꝝ quoq; uarietate: qua ſciẽtia reꝝ pſpicit̃ pſtare uideo: quæ facilius etiã ſcriptis tuis pſpici põt: deſiderans potius ſcientẽ q̃ liberalẽ iudicẽ: tamen quo magis exercitatus: & nõ nullis etiã ſæpius in his rebus occupat⁹ eſſe uidear: Ne nihil in adoleſcentia laboraſſe dicerer: & imperitoꝝ iudicio deſidiæ ſubirẽ crimẽ: hæc uelut rudimẽto ſciæ niſus: ſcripſi ad te: nõ ut ĩpito mõſtrãs ſed ut ſcientiſſimũ cõmonẽs. Sphæræ figuratiõnẽ: circulorũq; q ĩ ea ſũt notationẽ: & q̃ rõ fuerit ut nõ æqs ptib⁹ diuiderent̃. Præterea terræ mariſq; definitionẽ: & q̃ ptes ei⁹ nõ habitant̃: ut multis iuſtiſq; de cauſis hoĩbus carere uideant̃: ordine expoſuimus. Ruſuſq; redeũtes ad ſphærã: duo & xl. ſigna noĩatim p numerauimus. Exĩde uniuſcuiuſq; ſigni hiſtorias: cãmq; ad ſydera plationis oñdimus. Eodẽ loco nobis utile uiſum eſt pſeq coꝝ corpoꝝ deformatiões: & ĩ his numeꝝ ſtellaꝝ. Nec ptermiſimus oñdere ad ſeptẽ circuloꝝ notationẽ ad q̃ corpa aut ptes corpoꝝ puenirent: & quẽadmodũ ab his diuiderent̃. Diximus ẽt in æſtiui circuli diffinitione q̃rẽtes q̃re nõ idẽ hyemalis uocaret̃: & quid eos feſellerit qui ita ſenſerint: Et qd ĩ ea pte ſpæræ: ſolis efficiat curſus. Præterea quare circulos in octo ptes diuideremus ordine expoſuimus. Scripſimus ẽt quo loco circulus æqnoctialis foret conſtitutus: & qd efficeret ad eũ pueniẽs ſol. In eiuſdẽ circuli demõſtratiõe oñdimus q̃re Aries inter ſydera celerrimus diceret̃. Pauca pterea de hyemali circulo diximus. Exĩde zodiacũ circulũ definiuimus: & ei⁹ effect⁹. Et q̃re poti⁹. xii. ſigna q̃. xi. numerent̃. Quid etiã nobis de reliquis circulis uideret̃. His ppoſitis reb⁹ ad id loci uenim⁹: ut exponerem⁹ utrũ mũdus ipſe cum ſtellis uerteret̃. An mũdo ſtãte uagæ ſtellæ ferrent̃: & qd de eo nobis & cõpluribus uideret̃: quaq; rõne ipſe mũdus uerteret̃. Præterea q̃re nõ nulla ſigna celeri⁹ exorta ſerius occiderẽt. Nõnulla etiã tardius cæteris exorta: citi⁹ ad occaſum puenirẽt. Quare ẽt quæ ſigna pariter oriãtur: nõ ſimul occidãt. Eodẽ loco diximus q̃re nõ eſſent in ſphæra ſupiora ĩferiorib⁹ hemycyclis æq̃lia & quot modis ſtellas uidere nõ poſſim⁹ Præterea ſcripſimus in. xii. ſignoꝝ ortu: q̃ de reliquis corpa exoriri: & quæ eodẽ tpe occidere uiderent̃. Deinde ordine pſcripſimus. Sol utrũ

cum mũdo fixus uerteret an ipſe ꝑ ſe moueret. Et cũ ipſe ꝑ ſe moueat̃ & cõtra .xii. ſignorũ ortus eat: q̃re uideat̃ cũ mũdo exoriri: & occidere: Deĩde ꝑtin⁹ de lunæ curſu pauca ꝓpoſuim⁹: & utrũ ſuo an alieno lumine uteret̃: Eclypſis ſolis & lunæ quõ fieret: quare luna ꝑ eũdem circulũ iter faciẽs celerius ſole currere uideat̃: & quid fefellerit eos q ita ſenſerĩt. Quiq; ſtellæ q̃tũ hñt ĩteruallũ: & utrũ qnq; an ſeptẽ ſint: & utrũ qnq; certe errẽt an oẽs: & qnq; quõ currãt. Diximus ẽt q̃ rõne priores aſtrologi nõ eodẽ tpe ſigna & reliq̃s ſtellas reuerti dixerint: & q̃re metã diligẽtiſſime obſeruaſſe uideant̃: & qd reliquos fefellerit ĩ eadẽ cauſa: In his igit̃ tã multis & uariis rebus nõ erit mirũ aut ꝑtimeſcẽdũ: qd tãtũ numerꝝ uerſuũ ſcripſerimus. Neq;.n. magnitudinem uoluminis ſed rerꝝ multitudinẽ ꝑitos cõuenit ſpectare. Quod ſi longior ĩ ſmone uiſus fuero: nõ mea facũditate: ſed rei neceſſitate factũ exiſtimato. Nec ſi breuius aliqd dixero min⁹ idẽ ualere cõfidito: q̃ ſi plurib⁹ eẽt audiendũ uerbis: Et enĩ præter nr̃am ſcriptionẽ ſphæræ: quæ fuerũt ab Arato dicta obſcuri⁹: ꝑſecuti plani⁹ oñdim⁹: ut penit⁹ id qd cæpim⁹ exquiſiſſe uideremur. Quod ſi uel optimis uſus auctorib⁹ effeci: ut neq; ueri⁹: neq; breui⁹ diceret q̃ſpiã: nõ ĩmerito fuerim laudari dign⁹ a uobis: q̃ uel ãpliſſima laus hoĩb⁹ ẽ doctis. Si minus: nõ deꝑcamur ĩ hac cõfectiõe: nr̃am ſciam põderari. Iõq; maiorib⁹ ẽt niti laborib⁹ cogitamus: in qb⁹ & ipſi exerceamur: & qb⁹ uolum⁹ nos ꝓbare qd poſſimus. Et enĩ neceſſariis nr̃is oĩb⁹ ſcientiſſimis maxĩas res ſcripſim⁹: nõ leuib⁹ occupati reb⁹ ꝓpl̃i captam⁹ exiſtimationẽ. Sed ne diuti⁹ de eo qd neglexim⁹ loquamur: ad ꝓpoſitũ ueniem⁹ & initiũ rerꝝ demõſtrabim⁹.

De mundo & ſphæra.

MVndus appellatur: is qui conſtat ex Sole & Luna & terra & omnibus ſtellis.

SPhæra eſt ſpecies quædam in rotundo conformata: oĩbus ex partibus æqualis apparens: unde reliq circuli finiunt̃. Huius aũt exitus neq; initiũ põt definiri: Ideo q; in rotundo omnes tractus & initia & exitus ſignificari poſſunt.

De centro.

CEntron eſt cuius ab initio circũductio ſphæræ terminatur ac terræ poſitio conſtituta declaratur.

De Axi.

DImenſio quæ totius oñdit̃ ſphæræ: cũ ex utriſq; ꝑtib⁹ eius ad extremã circũductionẽ recte ut uirgulæ ꝑducunt̃: quæ dimẽſio a cõplurib⁹ axis eſt appellata. Huius aũt cacumina: quibus maxĩe ſphæra nitit̃ Poli appellãt̃. Quorꝝ alter ad aqlonẽ ſpectãs Boreus: alter oppoſitus Auſtro Notius eſt dictus.

De ſignificatione.

SIgnificationes qdã in circunductionẽ ſphæræ circuli appellãtur. E qbus Paralellæ dicunt̃: q ad eundẽ polũ conſtituti finiũtur. Maximi aũt ſunt: qui eodẽ centro quo ſphæra cõtinent̃.

Horizon appellat̃ is : q terminat ea:quæ pſpici aut nõ uideri poſſunt. Hic aũt ĩcerta rõne definit̃:ꝙ mõ polo ſubiect⁹:& circulis his q Paralellæ dicunt̃:mõ duob⁹ extremis & æqualibus nixus:modo aliis partibus adiectus terræ puidet̃ ita:utcũq; fuerit ſphæra collocata. Polus is qui Boreus appellat̃:puideri põt ſemper. Notius aũt ratione diſſimili ſemp eſt a conſpectu ſemotus. Naturalis aũt mũdi ſtatio phyſice dicitur. Ea eſt in boreo polo finita:ut oĩa e dextris ptibus exoriri:ĩ ſiniſtris occidere uideant̃. Exortus enĩ eſt ſubita qdã ſpecies obiecta nr̃o conſpectui. Occaſus aũt paride cã ut erepta ab oculis uiſa.

De figuratione circuloꝝ ſphæræ.

IN finitiõe mũdi circuli:ſũt paralellæ qnq; ĩ qb⁹ tota rõ ſphæræ cõſiſtit:pter eũ q zodiac⁹ appellat̃:q ꝙ nõ ut cæteri circuli certa dimẽſione finit̃ & ĩclinatior aliis uĩ:λοξοσ:a græcis eſt dict⁹. Quiſq; aũt:quos ſupradixim⁹:ſic ĩ ſphæra metiũt̃:initio ſũpto a polo q Bore⁹ appellat̃ ad eũ q noti⁹ & antarcticos uocat̃. In.xxx. ptes unũqdq; hemiſpiũ diuidit̃. Ita uti dimẽſio ſignificari uideat̃ ĩ tota ſphæra p.lx. ptes factas. Deinde ab eodẽ pricipio boreo ſex ptib⁹ ex utraq; finitiõe ſũptis:circulus ducit̃ cui⁹ cætron ipſe ẽ polus finit⁹:q circulus arcticos appellat̃:ꝙ ĩtra eũ arcturi ſimulachra ut ĩcluſa pſpiciũt̃. Quæ ſigna a nr̃is urſaꝝ ſpeciæ ficta ſeptẽtriões appellant̃. Ab hoc circulo de reliqs ptib⁹ qnq; ſũptis:eodẽ cẽtro quo ſupradixim⁹ circul⁹ ducit̃:q therinos tropicos appellat̃. Iõ ꝙ ſol cũ ad eũ circulũ puẽit:æſtatẽ efficit eis:q ĩ aqlonis finib⁹ ſũt. Hyemẽ aũt eis:quos auſtri flatib⁹ appoſitos añ dixim⁹. Præterea ꝙ ultra eũ circulũ ſol non trãſit ſed ſtatĩ reuertit̃.torpicos ẽ appellat⁹. Ab hac circuli ſignificatõe qttuor de reliqs ptib⁹ ſũptis:ducit̃ circulus æqnoctialis a græcis hiſemerios appellat⁹:iõ ꝙ ſol cũ ad eũ orbẽ puenit æqnoctiũ cõficit. Hoc circulo facto:dimidia ſphæræ pars cõſtituta pſpicit̃. E cõtrario itẽ ſiĩ rõne a notio polo ſex ptib⁹ ſũptis ut ſupra de boreo dixim⁹ : circulus duct⁹ antarcticos uocat̃:ꝙ cõtrari⁹ ẽ ei circulo:quẽ arcticõ ſupra diffinim⁹. Hac definitiõe ſphæræ cẽtroq; poli q noti⁹ dr̃ qnq; ptib⁹ſumptis:circulus chimerinus tropicus ĩſtituit̃:a nobis hyemalis:a nõnullis ẽt brumalis appellatus. Ideo ꝙ ſol cũ ad eũ circulũ puenit hyemẽ efficit his:qui ad aquilonẽ ſpectant:æſtatẽ aũt his:qui in Auſtri partibus domicilia conſtituerũt. Quãto enĩ abeſt longius ab illis q in aqlonis habitãt finib⁹:hoc hyeme maiore cõflictant̃. Aeſtatẽ ãt his qb⁹ ſol appoſit⁹ puidet̃. Itaq; Aethiopes ſub utroq; orbe neceſſario fiunt. Ab hoc circulo ad æqnoctialẽ circulũ:reliquæ fiunt partes quattuor. Ita ut ſol p octo partes ſphæræ currere uideat̃. Zodiacus aũt circulus ſic uel optime diffiniri poterit:ut ſignis factis:ſicut poſtea dicemus:ex ordine circulus perducat̃. Qui aũt Lacte⁹ uocat̃ cõtrarius æqnoctiali:

ibi oportet ut eum medium diuidere:& bis ad eum puenire uideat̃:ſe
mel in eo loco ubi aqla conſtituit̃. Iteꝝ autē ad eius ſigni regionē qđ
ꝓcyon uocat̃.xii.ſignoꝝ partes ſic diuidunt̃. Quiq; circuli:de qbus ſu
pradiximus:ita finiunt̃:ut unuſqſq; eoꝝ diuidat̃ in partes.xii.& ita ex
eoꝝ punctis lineę pducant̃:q̃ circulos ſignificēt facto:in qbus.xii. ſi/
gna deſcribant̃. Sed a nōnullis īperitioribus q̃rit̃ q̃re non æqs ptibus
circuli finiant̃ hoc eſt ut de.xxx.ptibus q̃ue ptes diuidant̃:& ita circuli
pari rōne ducant̃:id facillime defendi poſſe confidimus. Cum.n.me/
dia ſphæra diuiſa eſt eius circuli:nullus pōt æqualis eſſe. Qui q̃uis p/
xime eū accedat: tñ minor eſſe uideat̃. Itaq; q primum ſpærā fecerūt:
cū uellent oīum circuloꝝ æquas rationes eſſe ꝓrata pte uoluerūt ſigni
ficare.ut quantó magis a polo diſcederet̃: hoc minorē numeꝝ ptium
ſumerent in circulis metiendis: quo neceſſe his erat maiorē circulum
definire. Quod ēt ex ipſa ſphæra licet ītelligere. Quanto magis a polo
diſcedes: hoc maiores circulos fieri:& hac re minorē numeꝝ duci : ut
pares eoꝝ uideant̃ effectus. Et ſi nō in.xxx.ptes unūqđq; hemiſphæriū
diuidat̃:ſed in alias quodlibet finitiones: tñ eo ratio puenit eius ac ſi.
xxx.ptes feciſſet.

De zodiaco circulo.

ZOdiacus circulus tribus his ſubiectus:de qbus ſupradiximus:
ex quadā pte cōtingit æſtiuum & hyemalē circulū:æqnoctialē
autem mediū diuidit. Itaq; ſol p zodiacum circulū currēs : ne/
q; extra eum trāſiēs:neceſſario cum ſignis his : qb⁹ īnixus iter cōficere
uidet̃ puenit ad eos:quos ſupradixim⁹orbes:& ita q̃ttuor tpa definit.
Nā ab ariete īcipiēs. Ver oſtēdit:& tauꝝ & gemīos trāſiens idē ſignifi/
cat. Sed iā căpitib⁹ geminoꝝ circulum æſtiuum tāgere uidet̃:& p cācrū
& leonē trāſiēs & uirginē:æſtatē effecit. Et rurſum a uirginis extrema
pte trāſire:ad æqnoctialē circulū pſpicit̃. In libra aūt æqnoctiū cōficit
& autūnū ſignificare īcipit. Ab hoc ſigno trāſiēs ad Scorpiū & Sagit/
tarium. Deīde ꝓtinus īcurrit ī hyemalē circulum: & a capricorno:aq̃/
rio:piſcib⁹ hyemē trāſigit. Itaq; oſtēdit̃ nō p tres ipſos circulos curre/
re:ſed zodiacum trāſiēs ad eos puenire. Sed qm̄ de his reb⁹ diximus.
Nunc terræ poſitionem definiemus & mare qbus locis interfuſum ui
deatur ordine exponemus.

De terra & mari.

TErra mundi media regione collocata:oībus ptibus æq̃li diſſi/
dēs īteruallo:cētrū obtinet ſphæræ. Hāc mediā diuidit Axis in
dimenſione totius terræ. Oceanus autē regione circūductiōis
ſpæræ ꝓfuſus:ppe totius orbis alluit fines. Itaq; & ſigna occidentia:
in eundē decidere exiſtimant̃. Sic igit̃ & terras cōtineri:poterim⁹expla
nare. Nā q̃cūq; regio eſt q̃ inter arcticon & æſtiuū finē collocata eſt:ea
diuidit̃ trifariam. E qbus una pars Europa:altera Aphrica:tertia Aſia
uocat̃. Europam igit̃ ab aphrica diuidit mare ab extremis oceani fi/

ſtibus & herculis colũnis. Aſiã uero & lybiã cũ ægypto diſterminatos ;
Nili fluminis: quod canopicon appellaẽ: Aſiã ab europa Tanais diui-
dit bifariã ſe coniiciẽs in paludẽ: q̃ Meotis appellaẽ. Hac igiẽ definitio-
ne facile ꝓuideẽ: mare oĩbus obiectum finibꝰ terræ. Sed ne uideaẽ nõ-
nullis mirũ: cum ſphæra in .lx. ꝑtes diuidaẽ: ut añ diximus: q̃re defini-
uimus ab æſtiuo circulo ad arcticũ finẽ dũtaxat habitari: ſic uel opti-
me defendimus. Sol.n.ꝑ mediã regionẽ ſpæræ currẽs: nimiũ his locis
efficit feruorẽ. Itaqꝫ q̃ finis eſt ab æſtiuo circulo ad hyemalẽ: ea terra a
græcis Διακεκαυμένη uocaẽ ꝙ neqꝫ fruges ꝑꝑ exuſtã terrã naſci: neqꝫ
hoĩes ꝓpter nimium ardorẽ durare pñt: extreme autẽ regiones ſpæræ
duoꝝ circuloꝝ: quoꝝ alter Boreus: alter Notius uocaẽ fine arctici cir-
culi & eius q antarcticus uocaẽ non habitanẽ. Ideo ꝙ ſol eſt ſemꝑ ab
his circulis lõge: uẽtiqꝫ aſſiduos hñt flatus. Quãuis.n.ſol ꝑueniat ad
æſtiuum circulum tamẽ longe ab arctico uidebiẽ fine: id ita eſſe: hinc
quoqꝫ licet intelligere. Cum.n.ſol ꝑuenit ad eum circulum: q hyema-
lis uocaẽ: & efficiat nobis q ꝓpe eum ſumus cõſtituti nimium frigus
qd arbitramur eis locis frigoris eẽ: q lõgius ẽt abſunt a nobis! Quod
cũ in hac ꝑte ſpæræ fiat: idẽ in altera ꝑte definitũ putauimus. Ideo ꝙ
ſiẽs eius ſunt effectus. Præterea hinc quoqꝫ ĩtelligimus illic maximũ
frigus: & in æſtiuo circulo calorẽ eẽ: ꝙ q̃ terra habitaẽ. Eos tñ uidemꝰ
q ꝓxime ſunt arcticon finẽ uti braccis & eiuſmodi ueſtitu ueſtituum.
Qui autẽ ꝓximi ſint æſtiuo circulo: eos æthiopas & ꝑuſto corꝑe eſſe.
Habitaẽ autẽ ſic tẽperatiſſimo cælo cũ ĩter æſtiuum circulũ & arcticũ
finẽ hæc ꝑueniat tẽperatio: ꝙ ab arctico circulo frigus: ab æſtiuo fer-
uor exortus in unũ concurrẽs: efficit mediã finẽ tẽperatã: q̃ habitari
poſſit. Itaqꝫ cũ ſol ab eo loco diſceſſit: hyeme neceſſario conflictamur
ꝙ uẽtum exoriẽtẽ non reuerberat ſol. Quod cũ ueniat ĩ hac definitio-
ne illud quoqꝫ fieri poſſe uidemus: ut hyemali circulo nobis ad antar-
cti cum finem habitari poſſit: ꝙ pares eodẽ ꝑueniãt caſus. Certũ qdẽ
eſſe nemo contendit: neqꝫ ꝑuenire eo põt qſq̃ ꝓpter interiectũ terræ
quæ ꝓpter ardorẽ non habitaẽ. Sed cum uidemus hãc regionẽ ſphæ-
ræ habitari: illam quoqꝫ in ſimuli cauſa poſſe conſtitui ſuſpicamur.

Clariſſimi uiri Hyginii de ſignoꝝ cæleſtiũ hiſtoriis. Liber ſecũdus.

Ed quoniam quæ nobis de terræ poſitione dicẽda
fuerunt: & ſpærã totã definiuimus. Nunc q̃ in ea ſi-
gna ſunt noĩabimus ſigillatim. E qbus igiẽ primũ.
Duas arctos & draconẽ. Deide arctophilaca cum
corona dicemus: Ceteũ q engonaſin uocaẽ. Exinde
lyram cum olore & cæpheo & eius uxore caſſiope-
ia filiaqꝫ andromeda & genero perſeo. Dicemus
etiam protinus Aurigam a græcis ηνίοχον ap-

pellatū: ophiulcū præterea cū ſagitta & aq̄la paruo q̄ꝫ delphine. Inde equū dicem⁹ cū eo ſydere quod deltoton uocat̄. His corporibus enu/ meratis ad.xii.ſigna perueniemus. Ea ſunt hec Aries. Taur⁹. Gemini. Deīde cācer cū leone & uirgine. Præterea Libra dimidia pars ſcorpio/ nis: & ipſe ſcorpi⁹ cū ſagittario: & capricorno. Aquari⁹ uero cū piſci/ bus reliquas hēt partes. His connumeratis ſuo ordine eſt cet⁹ cū Eri/ dano flumine & lepore. Deīde orion cū cane: & eo ſigno quod ꝓcyon dr̄. Præterea eſt argo cū cētauro & Ara. Deīde hydra cū piſce q̄ not⁹ uo cat̄. Hoꝝ oīum non inutile uidet̄ hiſtorias ꝓponere: q̄ certe aut utili/ tatē ad ſcientiā: aut iocūditatē ad delectationē afferent lectori.

IGit ut ſupradixim⁹ initiū ē nobis arctos maxima. Hāc aūt Heſiodus ait eſſe caliſto noīe: Lycaonis filiā: ei⁹ q̄ ī archadia regnauit eāq̄ꝫ ſtudio uenatiōis īductā ad ianā ſe applicuiſſe a qua non mediocriter eē dilectā ꝓpter utriuſq̄ꝫ conſimilē nām. Poſtea aūt ab ioue compſſam ueritā diane ſuū dicere euētū q̄d diuti⁹ cælare non potuit: Nā iā utero īgraueſcēte ꝓpe diē part⁹ ī flumīe corp⁹ exercitatione defeſſū cū recrearet: a Diana cognita eſt nō ſuaſſe uirginitatē: cui dea ꝑ magnitudīe ſuſpitionis nō mīorē retribuit pœ/ nā. Erepta.n. facie uirginali ī urſæ ſpeciē ē cōuerſa q̄ græce αρκτοσ eſt appellata. In ea figura corpis archada ꝓcreauit. Sed ut ait Amphis co mœdiaꝝ ſcriptor. Iupiter ſimulat⁹ effigiē dianæ cū uirginē uenātē ut adiutās pſeq̄ret̄: amotā a cōſpectu cæteraꝝ cōpreſſit q̄ rogata a diana q̄d ei accidiſſet q̄ tā grādi utero uideret̄ illius peccato id eueniſſe dixit: Itaq̄ꝫ ꝓpter eius rñſum in q̄ figurā ſupradiximus eā diana conuertit. Quæ cū in ſylua ut fera uagaret̄ a q̄buſdā etholoꝝ capta ad Lycaonē ꝑ munere ī archadiā cū filio eſt deducta, Ibi dr̄ inſcia legis in iouis ly/ cæi tēplū ſe conieciſſe: quā confeſtim filius ſecutus eſt. Itaq̄ꝫ cū eos ar/ chades inſecuti īterficere conarent̄: Iupiter memor peccati ereptā Ca liſton cū filio īter ſydera collocauit. Eā quoq̄ꝫ arctū: filiū aūt Arctophi/ laca nomīauit de quo poſtea dicem⁹. Nōnulli ēt dixerūt cū caliſto ab Ioue eſſet cōpreſſa. Iunonē indignatā in urſam eā conuertiſſe: q̄ Dia/ næ uenāti obuiā factā: ab ea interfectā: & poſtea cognitam inter ſydera collocatā. Sed alii dicunt. Cū caliſtonem iupiter eſſet in ſilua pſecut⁹ Iunonē ſuſpicatā illud quod euenit: contēdiſſe ut eū manifeſto diceret dep̄hendiſſe. Iouē autē quo facilius ſuū peccatū tegeret̄: in urſæ ſpeciē cōuerſam reliq̄ſſe. Iunonē aūt in eo loco ꝑ uirgīe urſā īueniſſe: quā dia næ uenanti ut eā interficeret demonſtraſſe: quod factū ut pſpiceret̄ Io uē ægretuliſſe: effigiem urſæ ſtellis figuratā conſtituiſſe. Hoc ſignū ut plures dixerunt non occidit: & qui uolūt aliqua de cauſa eſſe inſtitutū Negāt thetym oceani uxorē id recipere cū reliqua ſydera eo pueniant in occaſū: q̄ thetys iunonis ſit nutrix: cui caliſto ſuccubuerit ut pellex.

Arietus autem tegeates hiſtoriaꝝ ſcriptor non caliſto:ſed megiſto dicit ap
pellatã:& non lycaonis:ſed Cetei filiam:lycaonis neptẽ.Præterea cætera ip/
ſum engonaſim nominari.Reliqua uero ſuperioribus cõueniũt: Quæ res
in Nonacri monte archadiæ geſta narratur.

A Rctos minor.Hanc agloaſthenes qui naxica conſcripſit : ait Cyno
ſuram eſſe unã de iouis nutricibus:ex ideis nymphis:ab eius quoq;
nomine & urbem quæ hiſtoae uocat᷑:a Nicoſtrato & ſodalibus ei⁹
conſtitutam & portum:qui ibi eſt:& agri maiorẽ partem cynoſurã appella
tã.Hãc aũt inter Curetas fuiſſe:qui Iouis fuerũt adminiſtri.Nõnulli & heli
cen & cynoſuram nymphas eſſe Iouis nutrices dicunt: & hac re etiam pro
beneficio in mundo collocatas:& utraſq; arctos nuncupatas : quas noſtri
ſeptentriones dixerunt:Sed maiorem arctũ cõplures plauſtro ſimilem dixe
rũt & αμαξαν graeci appellarunt. Cui hæc memoriæ prodita eſt cã. Ini/
tio qui ſidera puiderũt & numeꝝ ſtellaꝝ in unaquaq; ſpecie corpis cõſtitue
rũt:& non arctũ ſed plauſtrũ nominauerũt.Ex ſeptẽ ſtellis:duæ quæ pariles
& maxime in uno loco uiderentur pro bobus haberentur. Reliquæ uero
quinq; figuram plauſtri ſimularẽt. Itaq; & quod proximũ huic eſt ſignum
Boetẽ nominari uoluerũt de quo poſterius plura dicemus. Aratus qdẽ nõ
hac re boetẽ:nec illud plauſtrũ dicit appellari:ſed quod arct⁹ uideat᷑ ut plau
ſtrũ circũ polũ:qui boreas appellat᷑ uerſari & boetes agitare eam dicat᷑. In
quo non mediocriter uidet᷑ errare.Poſtea autem de.vii.ſtellis parmeniſcus
ait quinq; ſunt a quibuſdã aſtrologis cõſtitutæ ut urſæ ſpecies nõ ſeptẽ ſtel
lis perficeret᷑.Itaq; & ille qui antea plauſtrũ ſequens Boetes appellabat᷑ Ar/
ctophilax eſt dictus iiſdem tpibus quibus homerus fuit. Hæc arctos eſt di/
cta de ſeptẽtrionibus:ille dicit hãc utroq; nomine & arctũ & plauſtrum no
minari.Boetis aũt nuſq̃ meminit arctophilaca dici.Incidit etiam cõpluri
bus erratio quibus de cauſis minor arctos Phænice appellet᷑. & illi q hanc
obſeruãt uerius & diligentius nauigare dicant᷑. & quare ſi hæc ſit certior q̃
maior:non oẽs hanc obſeruẽt : qui non intelligere uident᷑ de qua hiſtoria
ſit profecta ratio ut phœnice diceret᷑. Thales enim qui diligenter de his re/
bus exqſiuit & hanc primus arcton appellauit natõe fuit phœnix ut hero/
dotus mileſius dicit. Igit᷑ oẽs qui Peloponeſſum incolunt priore utunt᷑ ar/
cto Phœnices quã a ſuo inuentore acceperũt obſeruant : & hãc ſtudioſius
perſpiciendo diligentius nauigare exiſtimantur & uere eam ab inuentoris
nomine appellant.

S Erpens.Hic uaſto corpore oſtẽdit᷑ inter duas arctos collocatus: q di/
cit᷑ aurea mala heſperidũ cuſtodiſſe & ab hercule interfectus a Iuno
ne inter ſidera collocatus ꝙ illius opa hercules ad eũ eſt profectus
qui hortum Iunonis tueri ſolitus exiſtimat᷑. Ait enim pherecides Iunonẽ
cũ duceret Iupiter uxorẽ terrã inueniſſe ferentẽ aurea mala cũ ramis. Inde
iunonem admiratam petiiſſe a terra ut in ſuis hortis ſereret:qui erant uſq;

ad atlantem mõtẽ: Cui⁹ filiæ cũ ſæpius de arborib⁹ mala deceperent: Iũno
dicit hũc ibi cuſtodẽ poſuiſſe. hoc etiã ſigni erit quod in ſideribus ſupra eũ:
draconẽ herculis ſimulachrũ oſtendit: ut Eratoſthenes demonſtrat: quare
quod uis licet ĩtelligere hunc maxime draconẽ dici. Nõnulli etiã dixerunt
hũc draconẽ a gigãtib⁹ Mineruæ obiectũ eſſe cũ eos oppugnaret: Miner-
uã uero areptũ draconẽ cõtortũ ad ſidera ieciſſe & ad ipſum axẽ cæli fixiſſe:
Itaq̃ adhuc eum implicato corpore uideri: ut nuper ad ſidera perlatum.

ARctophilax. De hoc fertur ut ſit Archas Caliſtonis & Iouis filius:
quem dicitur Licaon cum Iupiter ad eũ in hoſpitiũ ueniſſet cũ alia
carne confiſum pro epulis appoſuiſſe. Studebat enim ſcire ſideus eſ-
ſet qui ſuum hoſpitium deſideraret. Quo facto nõ minori pæna eſt affect⁹.
Nam ſtatim Iupiter menſa ꝓiecta domũ eius fulmine incendit: Ipſum aũt
in figurã lupi cõuertit. ad pueri mẽbra collecta & cõpoſita in unum: dedit
cuidã ætholoꝶ alendũ: qui adoleſcens factus in ſiluis cum uenaret̃ inſcius
uidit matrẽ in urſæ ſpeciem conuerſam: quã interficere cogitans pſecut⁹ eſt
in iouis lycei teplũ: quo & qui acceſſiſſet mors pæna erat archadum lege.
Itaq̃ cum utrunq̃ neceſſe eſſet interfici. Iupiter eoꝶ miſertus ereptos inter
ſidera collocauit: ut antediximus. Hic autem e facto ſequens urſam peſpici-
tur: & arctum ſeruans arctophilax eſt appellatus. Nõnulli hũc dixerũt Icarũ
erigones patrẽ cui ꝓpter iuſticiã & pietatem exiſtimat̃ liber pater uinum &
uitem & uuam tradidiſſe ut oſtenderet hoĩbus quõ ſereretur: & quid ex eo
naſceret̃: & cũ eſſet natum: id quõ uti oporteret: qui cum ſeuiſſet uitẽ diligẽ-
tiſſime adminiſtrando floridam falce feciſſet: dicit̃ hircus in uineã ſe conie-
ciſſe: & quæ ibi tenerrima folia uideret decerpſiſſe: quo facto Icarum animo
irato tuliſſe eũq̃ interfeciſſe: & ex pelle eius utrẽ feciſſe ac uento plenum per-
ligaſſe & in medium mare ꝓieciſſe ſuoſq̃ ſodales circa eum ſaltare coegiſ-
ſe. Itaq̃ Eratoſthenes ait ιἰκαριοιο ποσι πρωτα περι τραγον ορχισαντο.
Alii dicunt Icarum cum a libero patre uinum accepiſſet: ſtatim utres ple-
nos in plauſtrum impoſuiſſe. Hac re etiam Boetem appellatum: qui cum ꝑ
ambulans Atticorum fines paſtoribus oſtenderet: nonnulli eorum auidi-
tate pleni nouo genere potus inducti ſomno cõſopiuntur: Atq̃ ut alii aliã
ſe in partem reiiciunt ut ſemimortua membra iactantes: alia ac decebat lo-
quebantur. Reliqui eorum arbitrati uenenum ab Icaro datum paſtorib⁹
ut eorum peccora abigeret in ſuos fines Icarum interfectum in puteum de-
iecerunt: ſed ut alii demonſtrant: ſecundum arborem quandam defoderũt
Qui autẽ obdormierant experrecti cum ſe nunq̃ melius quieſſe faterent̃ ac
requirerẽt Icarum ut pro beneficio munerarẽt: interfectores eius animi cõ-
ſcientia pmoti ſtatim ſe fugæ mãdauerũt: & in inſulã ætholorũ puenerũt: a
quibus ut hoſpites recepti domicilia ſibi cõſtituerũt. At erigõe icari filia ꝑ-
mota deſiderio parentis cũ eũ nõ rediræ uideret ac pſequi eum conaret̃: ca-
nis Icari: cui Mæra fuerat nomẽ ululans ut obitum dñi lachrymari uidere

tur redit ad erigonem : cui nõ minimã cogitatæ mortis ſuſpitionem oſten
dit: Neqꝫ enim puella timida ſuſpicari debebat niſi patrem interfectũ q tot
dies ac mẽſes abeſſet. At canis ueſtem eius tenẽs dentibus pducit ad cada-
uer: quod filia ſimul ac uidit deſperata ſpe ſolitudine ac paupertie oppreſſa
multis miſerata lachrymis: in eadem arbore: ſub qua parens ſepultus uide-
batur : ſuſpendio mortem ſibi conſciuit : cui mortuæ canis ſpiritu ſuo pa-
rentauit. Nonnulli hunc in puteum ſe deieciſſe dixerunt Anbigrum noĩe:
quare poſtea neminẽ ex eo puteo bibiſſe memoriæ tradiderũt. Quoꝝ caſũ
Iupiter miſeratus in aſtris corpora eoꝝ deformauit. Itaqꝫ complures Icaꝝ
boetem Erigonẽ uirginem noĩauerunt: de qua poſterius dicemus. Canem
autem ſua appellatione & ſpecie caniculã dixerũt: quæ a græcis ꝙ ante ma
iorem canem exorit̃ Procyon appellat̃. Alii hos a libero patre figuratos in-
ter ſidera dicunt. Interim cum in finibus athenienſium multæ uirginis ſi
ne cauſã ſuſpendio ſibi mortem conſciſcerent: quod erigone moriens erat
præcata ut eodem læto filiæ. Athenienſium afficerent̃ quo ipſa foret obi-
tura niſi Icari mortem pſecuti & eum forent ulti. Itaqꝫ cũ id eueniſſet ut añ
diximus: petẽtibus eis: Appollo dedit rñſum. Si uellent euẽtu liberari Eri-
gonæ ſatiſfacerent. Qui ꝙ ea ſe ſuſpenderat: inſtituerunt: uti tabula ĩterpo
ſita pendẽte funibus ſe iactarẽt: ut qui pendẽs uẽto moueret̃. Quod ſacri-
ficium ſolẽne inſtituerũt. Itaqꝫ & priuati & publice faciũt: & id aletidas ap-
pellãt: ꝙ eã patrem pſequẽtẽ cũ cane ut ignotam & ſolitariam ꝙpportebat
mendicam appellabant quas græci αλιτιδας nominãt. Præterea canicu
la exoriens æſtu eorum loca & agros fructibus orbabat: & ipſos morbo af-
fectos pœnas Icaro cum dolore ſufferre cogebat: ꝙ latrones recepiſſent: quo
rum rex Ariſteus Apollinis & cyrenes filius Acteonis tempore petiit a pa-
rente: quo pacto calamitatem ciuitatem poſſet liberare: quem deus iubet
multi hoſtiis expiari Icari mortem & ab Ioue petere ut quo tempore cani-
cula exoriret̃ dies q̃draginta uentũ daret qui æſtũ caniculæ mederet̃. Quod
iuſtum Ariſteus confecit: & a ioue impetrauit ut Etheſiæ flarẽt: q̃s nonnulli
eteſias dixerunt ꝙ quot annis certo tempore exoriuntur græce ετοσ an-
nus latine. Nõnulli etiam ætheſias appellauerunt: ꝙ expoſtulatæ ſunt a iu
piter & ita conceſſe. Sed hoc in medio relinquat̃: ne nos oĩa præter uiſſe exi
ſtimemur Sed ut ad propoſitũ reuertamur. Hermippus qui de ſideribꝰ ſcri
pſit: ait cererẽ cũ iaſone lætꝰ cũ filio cõcubiſſe: q̃ obrẽ fulmine pcuſſum: cõ-
plures cũ homero dixerũt. Ex his ut petellides gnoſiꝰ hiſtoriaꝝ ſcriptor de
mõſtrat naſcunt̃ filii duo Phylomeis & plutus quos negãt ĩter ſe cõueniſſe.
Nã plutũ qui ditior fuit nihil fratri ſuo de bonis cõceſſiſſe Philomei ãt ne-
ceſſario aductũ quodcũqꝫ habuit eo boues duos emiſſe: & ipm primũ plau
ſtrũ fabricatũ eẽ. Itaqꝫ arãdo & colẽdo agros ex eo ſe aluiſſe: cuiꝰ matrẽ iratã
inuentã ut arantẽ eũ ĩter ſidera cõſtituiſſe & boetẽ noĩaſſe Ex hoc autẽ Pa
reanta demonſtrat natũ de p peas ſuo noĩe peos & opidũ pona appellauit

COrona. Hæc existimat̃ Ariadnæ fuiſſe a libero patre inter ſidera collocata. Dicit̃ enim in inſula Dia cum Ariadne libero nuberet: hanc primũ muneri accepiſſe a Venere thoris: cũ omnes dii in eius nuptiis dona conferrent. Sed (ut ait qui cretica conſcripſit) quo tempore Liber ad minoa uenit: cogitans Ariadnẽ comprimere hanc coronam ei muneri dedit: qua delectata: non recuſauit conditionem ſtupri. Dicit̃ etiam a uulcano facta ex auro: & indicis gẽmis: per quas Thæſeus existimatur de tenebris labyrinthi ad lucẽ ueniſſe ꝙ aurũ & gẽmæ in obſcuro fulgorem luminis efficiebãt. Qui argolica ſcripſerũt hanc afferũt cauſam: ꝙ liber cum impetraſſet a parente: ut Semelem matrem ab inferis reduceret: & querens ad eos deſcenſionem: eius ad arguioꝝ fines ꝑueniſſet: obuiũ ei quendam factũ nomine Hypolipnũ hoĩem dignũ eius ſæculi: qui petenti Libero: deſcẽſionem monſtrauit: Hunc autem cũ uidiſſet hypolipnus puerũ ætate mirã: da corpis pulchritudine reliqs præſtantem mercedẽ petiiſſe ab eo: q̃ ſine detrimento eius daret̃. Liber aũt matris cupidũ: ſi eam reduxiſſet iuraſſe: quod: uellet ſe factuꝝ: ita tñ ꝙ deus homini impudẽter iuraret ꝑ quo hypolypnus deſcenſum mõſtrauit. Igit̃ cũ Liber ad eũ locũ ueniſſet: & uellet deſcẽdere: coronam quã a uenere acceperat depoſuit in eo loco: qui profanus eſt e facto appellatus. Noluit enim ſecũ ferre ne ĩmortale donũ mortuoꝝ tactu coinquinaret̃: qui cum matrẽ incolumẽ reduxiſſet: coronam dicitur in aſtra collocaſſe ut æterna memoria nominis efficeret̃. Alii dicũt hanc coronam Theſei eſſe: & hac re propter eũ collocatam. Nã qui dicit̃ in aſtris Engonaſin: is Theſeus eſſe existimat̃: de quo poſterius plura dicemus. Dicitur enim cũ Theſeus Cretã ad minoa cũ ſeptem uirginibus & ſex pueris ueniſſet: Minoa de uirginibus Acrioboeã quandã nomine: candore corporis inductũ: comprimere uoluiſſe: quod cũ Theſeus paſſurũ ſe negaret: ut q neptuni filius eſſet & ualeret cõtra tyrãnũ pro uirginibus incolumitate decertare. Itaꝗ cum non iam de puella: ſed de Theſei genere controuerſia facta fuiſſet: utrũ is neptuni filius eſſet: nec ne: dicit̃ Minos ãnullũ aureũ de digito ſibi detraxiſſe: & in mare proieciſſe: quem referre iubet Theſea: ſi uellet ſe credi Neptuni filiũ eſſe. Se enim ex Ioue procreatum facile poſſe declarare. Itaꝗ comprecat⁹ patrem petiit aliquid: ut ſatiſfaceret ſe ex eo natum: ſtatĩ ꝙ tonitruũ & fulgorem cæli: indiciũ ſignificationis feciſſe: Simili de cauſa Theſeus ſine ulla p̃catione: aut religione parentis: in mare ſe proiecit: quẽ confeſtim delphis magna multitudo mari prouoluta: leniſſimis fluctibus ad Nereidas perduxit: a qbus annulũ Minois: & a Thetide coronam: quã nuptiis a Venere muneri accepat: retulit: compluribus lucentem gemmis. Alii autem a Neptuni uxore accepiſſe dicunt coronam: & Ariadnæ theſeus dono dicitur dediſſe: cum ei propter uirtutem & animi magnitudinem uxor eſſet conceſſa: hanc autem poſt Ariadnes mortem: Liberum inter ſidera collocaſſe.

ENgonaſin.Hunc Erathoſtenes herculem dicit: ſupra draconem co
locatũ:de quo ante diximꝰ:eũq; paratum:ut ad decertandum:ſini/
ſtra manu pellem leonis dextra clauam tenẽtem:conaᷓ interficere
draconẽ:Heſperidũ cuſtodẽ:qui nũq̃ oculos aperuiſſe:ſomno coactꝰ exiſti
mat̃:quo magis cuſtos eſſe demonſtratur. De hoc etiam Paniaſis in Hera
clea dicit.Hoꝝ igit̃ pugnã Iupiter admiratus:inter aſtra conſtituit. Habet
enim draco caput erectum:Hercules autẽ dextro genu nixus:ſiniſtro pede
capitis eius dextram ptẽ opprimere conatur:dextra manu ſublata ut feriẽs
ſiniſtra proiecta cum pelle leonis ut is q̃ maxime dimicans appareat:& ſi q
ſit hic negatus. Aratus quicq̃ poſſe demonſtrare:tñ conabimur ut aliquid
ueriſimile dicamus. Aratus autem: ut ſupradiximus : hũc Cethea licaonis
filium.Megiſtus patrem dicit eſſe:qui uidetur ut lamentans filiam: in urſæ
figuram cõuerſam:genu nixum palmas aduerſas tẽdere ad cælum ut eã ſi/
bi dii reſtituant.Hegeſiſena autẽ Theſea dixit eſſe:qui Troezene ſaxum ex//
tollere uidet̃:quod exiſtimat̃ Egeus ſub eo ſaxo Elopium enſem poſuiſſe:&
Aethre Theſei matri prædixiſſe:ne ante eũ athenas mitteret q̃ lapide ſub/
lato ſua uirtute potuiſſet gladium referre.Itaq; niti uidetur:q̃ altiſſime po/
teſt:ut extollat.Hac etiã de cauſa nõnulli lyram : quæ proxima eſt ei ſigno
collocata. Theſei eſſe dixerunt:qđ ut eruditꝰ omnium artium Lyrã quoq;
didiciſſe uidebat̃.Id quoq; Anacreon dicit.Alii dicunt Thamyrim a muſis
excæcatum:ut ſupplicẽ ad genua iacẽtẽ.Dicunt alii Orphea a Thraciis mu
lieribus interfici ꝙ uiderit liberi patris initia.Aeſchillus autẽ in fabulis que
inſcribunt̃ prometheos hymenos:Herculẽ ait eſſe:nõ cum dracone:ſed cũ
liguribꝰ depugnantẽ.Dicit.n.quo tpe hercules ab Gerione boues abduce
ret:ĩterfeciſſe p liguꝝ fines:quos conatos ab eo abducere pecus: manus cõ
tuliſſe:& q̃ plures eoꝝ ſagittis confixiſſe.Sed poſtq̃ herculi tela deficerent:
multitudine barbaroꝝ & inopia armoꝝ defeſſum.ſe ingeniculaſſe: multis
iam uulneribus acceptis.Iouem aũt miſertum filii:curaſſe ut circa eum ma
gna copia lapidum eſſet : quibus ſe herculem defendiſſe & hoſtes fugaſſe.
Ita Iouem in ſimilitudinem pugnantis:inter ſidera cõſtituiſſe. Hunc etiam
nonnulli Iſiona brachiis uinctis eſſe dixerunt:ꝙ uim Iunoni uoluerit affer
re.Alii promethea:in monte caucaſi uinctum.

LYra autem inter aſtra conſtituta eſt. Hac (uti Erathoſtenes ait) de
cauſa ꝙ in initio a Mercurio facta de teſtudine Orpheo eſt tradita;
qui caliopes & Oeagri filius fuit eius rei maxime ſtudioſus.Itaq; exi
ſtimat̃ ſuo artificio feras etiam ad ſe audiendi cauſa allicuiſſe : qui querens
uxoris Euridices mortem ad inferos deſcendiſſe exiſtimat̃: & ibi deorum ꝓ
geniem ſuo carmine laudaſſe:præter liberum patrem:hunc enĩ obliuione
ductus:prætermiſit:ut Oeneus in ſacrificio dianam . Poſtea igit̃ Orpheus
ut etiam plures dixerũt:in Olympo monte:qui macedoniã diuidit a Thra
cia.Sed ut Erathoſtenes ait:in Plancæo ſedens:cum cantu delectaret̃ dicit̃

ei Liber baccas obieciſſe:quæ corpus eius diſcerperēt interfecti.Sed alii di/
cunt ꝙ initia Liberi ſit ſpeculatus:id ei accidiſſe:Muſas aūt collecta mem/
bra ſepulturæ mandaſſe:& lyram quo maxime potuerunt beneficio : illius
memoriæ cauſa figuratam ſtellis inter ſidera conſtituiſſe Apollinis & Iouis
uoluntate: ꝙ Orpheus appollinē maxime laudaret.Iupiter uero filio bene/
ficium conceſſit . Alii autem dicunt Mercuriū cū primum lyram feciſſet:in
Cylleno monte Arcadiæ:ſeptem chordas inſtituiſſe:ad atlanticum nume
rum:ꝙ Maia una ex illarum numero eſſet:quæ mercurii eſt mater. Deinde
poſtea:cum Apollinis boues abegiſſet deprehenſus ab eo:quo ſibi facilius
ignoſceret:petenti Apollini ut liceret ſibi ſe dicere:inueniſſe lyram conceſ/
ſit:& ab eo uirgulam quandā muneri accepit:quam manu tenens Mercu
rius:cū ꝓficiſceret̃ in arcadiam:& uidiſſet duos dracones: inter ſe coniun
cto corpe:alium aliū appetere:ut qui dimicare inter ſe uiderētur: uirgulam
inter utrūq; proiecit.Itaq; diſceſſerunt:quo facto eam uirgulam pacis cau/
ſa dixit eſſe conſtitutam.Nōnulli etiam:cū faciunt caduceos:duos draco/
nes implicatos uirgula faciunt:ꝙ initium Mercurio fuerat pacis. Eius exē
plo:& athletæ & in reliquis eiuſmodi certationibus:uirgula utunt̃ . Sed ut
ad propoſitum reuertamur.Apollo lyrā acceptam dicit̃ orphea docuiſſe:&
poſtq̄ ipſe cytharā inueniſſet:illi lyrā conceſſiſſe.Nonnulli dixerunt: Vene/
rem cū Pſerpina ad iudicium Iouis ueniſſe:cui earum Adonin concederet:
quibus Caliopen a Ioue datam iudicem:quæ muſa Orphei eſt mater. Ita/
q; iudicaſſe:uti dimidiam partem anni earū unaquæq; poſſideret . Venerē
autem indignatam:ut nō ſibi ꝓprium conceſſiſſet: obieciſſe oībus:quæ in
Thracia ſunt mulieribus:ut Orphea amore inductæ:ita ſibi quæq; appete
ret ut membra eius diſcerperēt:cui⁹ caput in mare de monte perlatum flu
ctibus in inſulam leſbon eſt reiectū:quod ab his ſublatum & ſepulturæ eſt
mandatū:pro quo bñficio ad muſicā artē ingenioſiſſimi exiſtimant̃ eſſe.Ly
ra autem a muſis(ut ante diximus)inter aſtra cōſtituta eſt.Nōnulli ꝙ Or/
pheus cum primus puerilē amorē induxerit mulieribus uiſum contume/
liam feciſſe:& hac re ab eis interfectum.

OLorē:hūc græci Cygnū appellant quē complures ꝓpter ignoratam
hiſtoriam illis cōmuni genere auium Ornim nominauerūt: de quo
hæc memoriæ prodita eſt cauſa.Iupiter cū amore inductus:Neme/
ſin diligere cæpiſſet:neq; ab ea:ut ſecū cubaret impetrare potuiſſet:hac co/
gitatione amore eſt liberatus. Iubet enim Venerē aquilæ ſimulatam:ſeſeq;
ipſe in olorē cōuerſus ut aquilā fugiēs ad Nemēſin fugit : & in eius gremio
ſe collocauit:que Nemenſis nō aſpernata amplexum tenēs:ſomno eſt cōſo
pita:quā dormientē Iupiter cōpreſſit. ipſe autē auolauit : & qa ab hoībus
alte uolans cælo uidebat̃:inter ſidera dictus eſt eſſe cōſtitut⁹:qd ne falſū ui/
deret̃. Iupiter e facto eum uolātē & aquilā cōſeqūentem collocauit in mun
do.Nemēſis aūt ut quæ auium generi eſſet iuncta: mēſibus actis ouum ꝓ/

creauit: quod mercurius auferēs: detulit ſpartā: & Lædæ ſedenti piecit in grē miū: ex quo naſcit Helena cæteris corpis ſpecie pſtans quā Læda ſuam filiā nominauit. Alii autem cum Læda Iouem concubuiſſe in olorē conuerſum de quo in medio relinquimus.

CEpheus. Hunc Euripedes cum cæteris. Phœnicis filium æthiopū regem eſſe demōſtrauit. Andromedæ patrem: quam ceto propoſitā notiſſimæ hiſtoriæ dixerunt. Hanc aūt perſeum a periculo liberatā uxorem duxiſſe: itaq ut totum genus eorum perpetuo maneret: ipſum quoq Cephea inter ſidera ſuperiores numeraſſe.

CAſſiopeia. De Hac Euripedes & Sophocles: & alii plures dixerunt: ut gloriata ſit: ſe forma nereidas praſtare: pro quo facto inter ſidera ſedens in ſiliquaſtro conſtituta eſt: quæ propter impietatem uertēte ſe mundo reſupinato capite ferri uidetur.

ANdromeda. Dicitur Mineruæ beneficio inter aſtra collocata propter Perſei uirtutem: q eam Ceto propoſitam a periculo liberarat. nec enim ab ea minorem animi beniuolentiam pro beneficio accepit. Nam neq pater Cepheus neq Caſſiopeia mater ab ea potuerunt impetrare: quin parētes ac Patriam relinquens Perſea ſequeretur. Sed de hac Euripedes hoc eodem nomine fabulam cōmodiſſime ſcribit.

PErſeus: Hic nobilitatis cauſa & q inuiſitato genere concubitionis eſſet natus ad ſidera dicitur perueniſſe: qui miſſus a Polydecte Magnetis filio ad gorgonas a Mercurio qui eum dilexiſſe exiſtimatur Talaria & petaſum accepit. Præterea galeam qua indutus ex aduerſo non poterat uideri. Itaq græci galeam dixerunt eſſe: non ut quidam inſcientiſſime interpretantur eum Orci galea uſum: quæ res nemini docto poteſt pbari. Fertur etiam a Vulcano falcem accepiſſe ex adamante facta qua Meduſam Gorgonam interfecit: quod factum nemo cōſcripſit. Sed ut ait Aeſchylus Tragædiarum ſcriptor in Phorcis. i. græce fuerunt Gorgonum cuſtodes: de quo in primo libro genealogiarum ſcripſimus: quæ utraq uno oculo uſæ exiſtimantur: Et ita ſuo quæq tempore accepto oculo uigilias egiſſe. Hunc Perſeus una earum tradente: exceptum in paludem tritonida proiecit. Itaq cuſtodibus excæcatis facile Gorgonam ſomno conſopitam interfecit. Cuius caput Minerua in pectore dicitur habere collocatum. Homerus quidem Gorgonam a Minerua dicit interfectam. De qua alio tempore plura dicemus.

HEniochus. Hūc nos aurigam latine dicimus noīe Ericthonium ut Eratoſthenes monſtrat: quem Iupiter cū uidiſſet primum inter homines equos & quadrigas iunxiſſe: admiratus eſt ingenium hominis ad ſolis inuenta acceſſiſſe. Qui princeps quadrigis inter deos eſt uſus: ſed Ericthonius & Quadrigas ut ante diximus & ſacrificium.

Mineruæ & templũ in arce Athenienſum primus inſtituit: de cuius pro/
genie Euripedes ita dicit Vulcanũ Mineruæ pulchritudine corporis indu
ctũ petiiſſe ab ea: ut ſibi nuberet neq3 impetraſſe: & cæpiſſe Mineruam ſeſe
occultare in eodem loco: q ꝓpter Vulcani amorẽ Epheſtius eſt appellat⁹:
quo p ſecutũ Vulcanum ferunt cæpiſſe ei uim afferre. & cum plenus cu/
piditatis ad eam ut cõplexui ſe applicaret repulſus effudit in terrã uolupta
tẽ. Quo minerua pudore permota pede puluerem iniecit. Ex hoc ãt naſcit̃
Ericthoni⁹ anguis: q ex terra & eoꝝ diſſentione nomen poſſedit. Eum di/
cit̃ Minerua in ciſtella quadam ut miſteria cõ tectũ ad Ericthei filias detuliſ
ſe & his dediſſe ſeruandum: qb⁹ interdixit ne ciſtullas aperirent. Sed ut ho/
minum eſt natura cupida ut eo magis appetant quo interdicatur: ſæpius
uirgines ciſtellam aperuerunt & anguẽ uiderunt. Quo facto inſania a Mi/
nerua iniecta de arce athenienſiũ ſe precipitauerunt. Anguis aũt ad Miner
uæ clypeũ confugit & ab ea eſt educatus. Alii aũt anguina tantũ crura ha/
buiſſe Erichthoniũ dixerunt: eũq3 primo tpe adoleſcentiæ ludos Mineruæ
Panathenea feciſſe & ipſum quadrigis cucurriſſe pro quib⁹ factis inter ſide
ra dicit̃ collocatus. Nõnulli q de ſiderib⁹ ſcripſerũt: Hũc natione Argiuum
Orſilochũ nomine: primũ quadrigaꝝ inuentorem eſſe dixerunt & pro in
uentione ſiderum locum poſſediſſe. Alii autem hunc Mercurii filium ex Eli
cia natum nomine Mirtilum Oenomai aurigam diffinierũt cuius poſt no
tam omnibus mortem parẽs corpus in mũdo cõſtituiſſe exiſtimat̃. Huius
in humero ſiniſtro capra in ſtare & in manu ſiniſtra hædi uidentur forma
ti: De quib⁹ nonnulli ita dicũt. Olenũ quendã fuiſſe nomine Vulcani filiũ.
Ex hoc duas nymphas æga & elicen natas: quæ Iouis fuerũt nutrices. Alii
autem ab his etiam urbes quaſdam appellari dixerunt & Olenon in Auli
de. Elicen aũt in Peloponeſſo. & ægam in Emonia nomĩari: de quibus Ho
merus in Illiados ſecundo dicit. Parmenſeus autem ait Meliſſea quendam
fuiſſe Cretæ regẽ ad eius filias Iouem nutriẽdũ eſſe delatum quæ quod lac
non habuerit capram ei admiſiſſe Amaltheã nomĩe quæ eũ dicit̃ educaſſe.
Hanc aũt geminos hædos ſolitã eſſe ꝓcreare: & fere eo tpe pepiſſe quo Iu/
piter nutriẽdus eſt allatus. Itaq3 ꝓpter beneficiũ matris & hedos quoq3 di/
cit̃ iter ſidera collocaſſe. hos aũt hædos Cleoſtratus tenedius dicit̃ primus
inter ſidera oſtendiſſe. Muſeus autem dicit Iouis nutrices Arthemidem &
Amaltheã nymphas: quibus eum mater ops tradidiſſe exiſtimatur: Amal
theam autem habuiſſe capram quandam ut in delitiis quæ Iouem aluiſſet.
Nonnulli etiam ægam ſolis filiam dixerũt multo candore corpis pſtantẽ:
cui cõtrarius pulchritudini horribilis aſpectus exiſtebat: quo Titanes per/
teriti petierunt a terra ut ei⁹ corpus obſcurarent quã terra ſpecu quodam
celaſſe dicit̃ in inſula Crete: que poſtea Iupitris fuiſſe nutrix. ut añ oñdim⁹
demonſtratur. Sed cũ iupiter fidens adoleſcentia bellũ contra Tytanas ap
pareret: reſpõſum eſt ei ſi uincere uellet ut ægos pelle tectus & capite Gor/

gonis bellum adminiſtraret: quam ægida græci appellauerunt. Itaq; facto eo quod ſupra declarauimus. Iupiter Tytanas ſuperans regnum eſt adeptus & reliqua oſſa ægos capria pelle cōtecta anima donauit & ſtellis figuratam memoriæ cōmendauit: & poſt ea quibus ipſe uicerat tectus Mineruæ conceſſit. Euemerus ait ægam quandam fuiſſe Panos uxorem: eam cōpreſſam a Ioue peperiſſe: quem uiri ſui panos diceret filium. Itaq; puerum ægipam. Iouem uero ægiochum dictum: qui q eum diligebat plurimum inter aſtra capræ figura memoriæ cauſa collocatum.

Ophiulcus: qui apud noſtros ſcriptores anguitenens dictus eſt: ſupra ſcorpionem conſtitutus tenens manibus anguem mediū corpus eius implicantē. Policeus aūt Hiodius hunc Phorbanta noīe demōſtrat: qui hiodiis auxilio maximo fuiſſe demonſtrat. Nā cū eoꝝ inſulam ſerpentiū multitudine occupatā ciues Ophiuſam appellaſſent: & ī ea multitudine feraꝝ draco fuiſſet ingenti magnitudine: qui plurimos eorū interfeciſſet: & patria deniq; deſerta carere coegiſſet: dicitur Phorbas Triopæ filius ex hyſocla Mirmidonis filia natus eo tempeſte delatus oēs feras: & eū draconem interfeciſſe: quæ cū maxime Apollini dilectus eſſet locatus in cælo interficiens draconem laudis: & memoriæ cauſa uideat. Itaq; hiodii quotieſcūq; a littore longius ꝓdeunt claſſes: prius ſacrificant. Phorbantis aduentū ut illius talis euentus inopinati uirtutis accidat ciuibus qualis inſciū Phorbanta futuræ laudis ad ſydera gloriæ pertulit caſus. Complures etiam aſtrologi hunc æſculapiū finxerūt: quem Iupiter Apollinis cauſa inter aſtra collocauit. Aeſculapius enim cū eſſet inter hoīes: & tantū medicina cæteris pſtaret: ut non ſatis ei uideret hoīum dolores leuare: niſi etiam mortuos reuocare ad uitam nouiſſet: fert Hyppolytū: q iniqtate nouercæ & inſcitia parentis erat interfectus ſanaſſe. Ita Eratoſthenes dicit. Nōnulli glaucū Minois filiū: eius opera reuixiſſe dixerūt: pro quo ut peccato Iouem domū ius fulmine incendiſſe. Ipſum uero propter artificium & Apollinem eius pr̄em inter ſydera anguem tenentem conſtituiſſe: ut qdā dixerūt. hac de cauſa anguem tenere dicit: q cū Glaucū cogeret ſanare cōcluſus quodam loco ſecreto baccillū tenens manu cū qd ageret: cogitaret: dr anguis ad bacillū eius arrepſiſſe: quē Aeſculapius mente cōmotus interfecit baccillo fugientē feriens ſepius. Poſtea fert alter anguis eodem ueniſſe ore ferens herbam: & in caput eius impoſuiſſe: quo facto ilico fugiſſe quare Aeſculapium uſum eadem herba Glaucum reuixiſſe. Itaq; anguis & in Aeſculapii tutelam: & in aſtris dicit collocatus: qua conſuetudine ducti poſteri ei tradiderunt ut reliqui medici anguibus uterentur.

Sagitta. Hanc unam de herculis talis eſſe demonſtrant: qua aqlam dicit interfeciſſe: quæ iecinora Promethei fert exediſſe. de quo pluribus uerbis dicere non uidetur inutile. Antiqui cum maxima cerimonia deoꝝ īmortaliū ſacrificia adminiſtrarēt: ſoliti ſunt totas hoſtias in

ſacrorum cõſumere flãma. Itaq; cum ꝓpter ſumptus magnitudinẽ ſacrifi
cia pauperibus non contingerent. Prometheus qui pp excellentiam inge
nii mirã homines finxiſſe exiſtimat: recuſatiõe dicitur ab Ioue impetraſ/
ſe: ut partem hoſtiæ in ignem cõmuni icerẽt partẽ in ſuo conſumerẽt uſu.
Idq; poſtea conſuetudo firmauit: quod cum facile a deo: non ut ab homi/
ne auaro impetraſſet. Ipſe Prometheus imolat tauros duos: quorum pri/
mum iocinora cum in ara poſuiſſet: reliquã carnẽ ex utroq; tauro in unum
compoſitam: corio bubulo texit. Oſſa autem: quæ circum fuerunt reliqua
pelle contecta in medio collocauit: & Ioui fecit poteſtatem. ut quam uellet
eorum conſumeret partem. Iupiter autem & ſi non pro diuina fecit cogita
tione: nec ut deum licebat omnia: quæ debuit ante prouidere. Sed quoniã
credere inſtituimus hiſtoriis: deceptus a Prometheo utrũq; putãs eſſe tau/
rum delegit oſſa pro ſua dimidia parte. Itaq; poſtea in ſolẽnibus: & religio/
ſis ſacrificiis carne hoſtiarum cõſumpta: reliquam: quæ pars fuit deorum:
eodem igni comburunt. Sed ut ad propoſitum reuertamur Iupiter cum fa
ctum reſciſſet: animo permoto mortalibus eripuit ignem: ne Promethei
gratia plus deorum poteſtate ualeret: neue carnis uſus utilis hominibus ui
deretur: cum coqui non poſſet. Prometheus autem conſuetus inſidiari ſua
opera: ereptum mortalibus ignem reſtituere cogitabat. Itaq; cæteris remo
tis deuenit ad Iouis ignem: quo diminuto: & in ferulam coniecto: lætus ut
uolare: non currere uideretur ferulam iectans ne ſpiritus interclusus uapo/
ris extingueret in anguſtia lumen. Itaq; homines adhuc plerunq; qui læti/
cia fiunt nuncii: celerrime ueniunt. Præterea totum a certatione ludorum
curſoribus inſtituerunt ex Promethei conſuetudine ut currerent lampa/
dem iactantes. Pro quo iupiter facto mortalibus parem gratiã referens mu
lierem tradidit his: quã in uulcano factã deorum uoluntate oĩ munere dona
uit. Itaq; Pandora ẽ appellata. Prometheũ aũt in mõte Scythie noĩe Cau/
caſo ferea cathena uinxit: quẽ alligatũ ad trigĩta milia ãnorum æſchylus tra/
gœdiarum ſcriptor dixit. Præterea admiſit ei aquilã: quæ aſſidue noctu rena/
naſcẽtia iacinora exeſſet. Hãc aũt aquilã nõnulli ex typhõe & echione natã:
Alii ex terra & Tartaro. Cõplures a uulcano factam. Hunc cõplures Car/
nabutam dixerunt noĩe: getharum regẽ: qui ſunt in myſia regione fuiſſe q
eodẽ tpe regno eſt potius: quo primum ſemina frugum mortalib⁹ tradita
eſſe exiſtimant. Ceres enĩ cum ſua beneficia largiret hominibus Triptho
lomum: cuius ipſa fuerat nutris in curru draconum collocatum: q primus
hoĩum una rota dicitur uſus: ne curſu moraret: iuſſit omnium nationum
agros circueũtẽ ſemina partiri: quo facilius ipſi poſteriq; eorum a fero uictu
ſegregarent. qui cum perueniſſet ad eum: quem ſupra diximus: getharum
regem ab eo primum hoſpitaliter acceptus. Deinde non ut beneficiis ad/
uena: & ĩnocens: ſed ut crudeliſſimus hoſtiis inſidiis captus aliorum dum pa
ratus eſt producere ſuã pene ꝑdidit uitam. Carnabutæ enim iuſſu cum dra

eo unus eorum eſſet interfectus: ne cum TripthＯlomus ſenſiſſet inſidias
parari currus preſidium ſibi conſtituere ſperaret Ceres eo ueniſſe & erepto
adoleſcenti currum dracone altero ſubiecto reddidiſſe. Regem pro cæpto
maleficio pæna nō mediocri affeciſſe. Hegeſianax dicit Cererem memoriæ
hominum cauſa ita carnabuta ſideribus figuraſſe: manibus tenentem ut
interficere draconem exiſtimetur: qui ita uixerat acerbe ut iocundiſſimam
ſibi conſciſceret mortem. Alii autem herculem eſſe demonſtrant: in Lydia
apud flumen ſagarin anguem interficientem: qui & homines complures
interficiebat & ripam furgibus orbabat: Pro quo facto a regina Omphale
[qui i]bi regnabat multis ornatum muneribus argos remiſſum. Ab iupi-
[ter]o propter fortitudinem inter ſidera collocatum. Nōnulli etiá Trio-
[pam] Theſſalorum regem dixerunt eſſe. qui cum ſuum domicilium tegere
conaretur Cereris ab antiquis collocatum diruit templum. Pro quo facto
a cerere fame obiecta nunq̄ poſtea frugibus ullis ſaturari potuiſſe exiſtima
tur. Nouiſſime prope ad terminum uitæ dracone obiecto mala plurima
perpeſſus aliquando mortem adeptus inter aſtra Cereris uoluntate eſt cō
ſtitutus. Itaq; adhuc uidetur eum draco circumplexus æterna merentem
afficere pæna. Policeus autem Vulcani factam manibus demonſtrat ani
mamq; ei ab Ioue traditam dicunt. Sed eius ſolutione hæc memorie pro-
dita eſt cauſa. Cum iupiter Thetidis cōnubiū pulchritudine corporis in-
ductus peteret neq; a timida uirgine impetraret: neq; eam rem minus effi-
cere cogitaret: illo tempore parcæ cecíniſſe feruntur fata. quæ perfici natu-
ra uoluit rerum: dixerunt enim quicunq; Thetidis fuiſſet maritus eius fi-
lium patria fore laude clariorem: quod Prometheus non uolūtate: ſed ne-
ceſſitudine uigilans auditum Iupiter nūciauit: qui ueritus ne id quod ipſe
ſaturno patri feciſſet in ſimili cauſa: ne patris regno priuatus cogeretur: de
ſtitit Thetin uelle ducere uxorem: & Prometheo ꝑ beneficio meritam re-
tulit gratiam: eūq; uinculis liberauit: neq; quod illi fuerat iuratus remiſſit
uacuum omni alligationi futurū. Sed memoriæ cauſa ex utraq; re hoc eſt
lapide: & ferro ſibi digitū uincere iuſſit: q̄ cōſuetudine hoīes uſi: quo ſatiſfa
cere promerheo uiderent̃ annulos lapide & ferro concluſos habere cæpe-
runt. Nonnulli etiam coronam habuiſſe dixerūt: ut ſe uictorem impune
peccaſſe diceret. Itaq; homines in maxima læticia uictoreſq; coronas habe
re conſtituerūt. Id exercitationibus & conuiuiis perſpicere licebit. Sed opi
nio ad initium eſt & interitum aquilæ reuertamur. Hercules miſſus ab Eu-
riſteo ad heſperidum mala neſcius uiæ deuenit ad ꝓmethea: quem in cau
caſo monte uinctum ſupra diximus. A quo uia demonſtrata uictoria dum
iter facere contendit: ut & draconem: de quo ante diximus: interfectum
diceret: & gratiam pro beneficio redderet. Nam confeſtim honorem: quē
potuit: reddidit merenti. Qua dimiſſa homines inſtituerūt ut hoſtiis im-
molatis iocinora conſumerent in deorum altaribus: ut ſaturare eos per

uiſceribus Promethei uiderent.ut Eratoſthenes autem de ſagitta demon/ ſtrat:hac Apollo Cyclopas interfecit:qui fulmẽ iouis fecerunt:quo Aeſcu lapium interfectũ cõplures dixerũt.Hãc aũt ſagittam in hypboreo monte Apollinẽ defodiſſe cũ autẽ Iupiter Ignorauerit filio ipſam ſagittam uento ad Apollinem per latam cum frugibus:quæ eo tempore naſcebantur.Hãc ergo ob cauſam inter ſidera demonſtratur.

AQuila:hæc:quæ dicitur Ganimedem rapuiſſe:& amanti Ioui tradi diſſe.hanc etiam Iupiter primus ex auiũ genere delegiſſe ſibi exiſti/ matur:quæ ſola tradita eſt memoriæ:cõtra ſolis orientis radios con tendere ualere. Itaq; ſuper aquarium uolare uidet. Hunc enim com Ganimedem eſſe finxerunt.Nõnulli etiam dixerũt Meropem quen ſe:qui coam inſulam tenuerit regno:& a filiæ nomine Coon inſula rit regno:& a filiæ nomine Coon:& homines ipſos a ſe: meropas appella ret:Hunc autem habuiſſe uxorẽ:noĩe Ethemeã genere Nympharũ procrea tam:quæ cũ deſierit colere.Dianã:ab ea ſagittis figi cæpit: Tandem a pro ſerpina uiuam ad inferos arreptã eſſe.Meropen aũt deſiderio uxoris permo tum:mortem ſibi conſciſcere uoluiſſe.Iunonẽ autẽ miſertã eius: in Aqui/ lam corpus eius cõuertiſſe:& inter ſidera cõſtituiſſe:ne ſi hoĩs effigie eũ co/ locaret:nihilominus memoriam tenens: cõiugis deſiderio moueret.Aglo ſthenes autẽ: qui naxica ſcripſit ait Iouẽ Cretæ ſurreptũ:naxũ delatũ.& ibi eſſe nutritũ.qui poſtq̃ puenerit ad uirilẽ etatẽ: & uoluerit bello laceſcere ti/ tanas.ſacrificãti ei aquilam auſpicatam.quo auſpicio uſum eſſe.& eam in/ ter aſtra collocaſſe.Nõnulli etiam dixerunt Mercurium.alii autem Anaplã/ dem pulchritudine ueneris ductũ in amorem incidiſſe: & cũ ei copia non fieret animũ:ut contumelia accepta defeciſſe. Iouem autẽ miſertum eius. Cũ uenus Acheloo flumine corpus ablueret miſiſſe aquilã:quæ ſociũ eius in amitenea ægyptiorum delatũ Mercurio traderet. quem pſequens Venus ad cupientẽ ſui puenit:q copia facta p beneficio aqlã in mũdo collocauit.

DElphin: hic qua de cauſa ſit inter aſtra collocatus Erathoſtenes ita cum cæteris dicit. Neptunũ quo tpe uoluerit Amphitricem duce re uxorem:& illa cupiẽs ſeruare uirginitatem.fugerit ad atlanta cõ/ plures eo queſitum dimiſiſſe. In his & delphina quendam nomine:q per uagatus inſulas:aliq̃do ad uirginem puenit:eiq; puaſit:ut nuberet.Neptu no:& ipſe nuptias eorum adminiſtrauit. Pro quo facto:inter ſidera delphini effigiem collocauit.Et hoc amplius:qui Neptuno ſimulachrum faciũt:del phinum aut in manu:aut ſub pede eius cõſtituere:uide:Neptuno gratiſſi/ mũ eſſe arbitrant.Agloaſthenes aũt:q naxica cõſcripſit Tyrrhenos ait fuiſ ſe quoſdam nauicularios:qui liberũ patrem:puerum receptum naxum cũ ſociis ſuis comitib⁹ trãſuectũ:redderẽt nutricib⁹ nymphis: a quibus eũ nutritum.& noſtri:in progeniem deorũ & cõplures græci dixerunt. Sed ut ad ppoſitum reuertamur,nauicularii ſpe prædæ inducti nauem auertere uo

fuerunt:quod liber ſuſpicatus:comites ſuos iubet ſymphonia canere: quo ſonitu inaudito Tyrrheni cũ uſq; eo delectarentur:ut etiam in ſaltationi//bus eſſent occupati:cupiditate ſe in mari inſcii proiecerunt: & ibi delphini ſunt facti:quorum cogitationẽ:cũ Liber memoriæ hoĩum tradere uoluiſ/ſet:unius effigiẽ inter ſidera collocauit.Alii aũt dicũt: hunc eſſe delphina: qui Ariona cytharedũ ex ſiculo mari thenariũ tranſuexit:qui cum cæteros artificio pſtaret:& circũ inſulas qſtus cã uagaret:ſeruuli eius arbitrati: plus in pfidioſa libertate cõmodi:q̃ in placida ſeruitute eſſe: cogitare cæperunt: [illegible] domino:pelagus proiecto:bona eius inter ſe ptirent:qui cum cogitatio[illegible] ſenſiſſet:petiit non ut dominus a ſeruis: ſed ut innocẽs ab ĩprobis: [illegible]ẽs a filiis:ut ſe liceret ornatum:qua ſæpe fuerat ueſte: qm̃ nemo eſſet [illegible]t ipſe qui ſuũ quæſtũ pſequeret euentũ.Quod cũ ĩpetraſſet: cythara [illegible]mpta:ſuã cæpit deflere mortem:quo ſonitu ducti delphines:e toto mari pronatarãt ad arionis cantũ. Itaq; deoꝝ ĩmortaliũ ptãte inuocata.ſuper eos ſe deiecit:quorum unus Ariona exceptũ ptulit ad thenarium littus.In cuius memoriæ cauſa: quæ ibi ſtatua eſt Ariõis in ea delphini ſimulachrum affixũ uidet Pro qua re inter ſidera ab antiquis aſtrologis eſt figuratũ.Ser//ui aũt:q p ſe putarãt ſeruitute elapſos tẽpeſtate thenariũ pducti a domino comprehenſi non mediocri ſupplicio ſunt affecti.

EQuus.Hunc aratus & alii cõplures:Pegaſum Neptuni: & Meduſæ Gorgonis filium dixerunt.qui in Helicone Boetiæ montæ:ungula ſaxum feriens:fontẽ apuit:q ex eius noĩe.Hypocrine eſt dictus. Alii dicunt:quo tpe Bellorophõtes ad Prœthũ abantis filiũ argiuoꝝ regẽ deuenerit:Anciã coniugẽ regis:hoſpitis amore inductam:petiiſſe ab eo:uti ſibi copiam faceret: promittens ei cõiugis regnũ:quæ cũ impetrare non potuiſſet:uerita ne ſe ad regem criminaret: occupat eũ ſibi uim afferre uoluiſſe: Proetho dicit:qui q eum dilexerat:noluit ipſe ſuppliciũ ſumere: ſed quod æquum eſſe ſciebat:mittit eum ad Iebatẽ Anciæ reginæ patrem:quem alii Thenobeiã dixerũt:ut ille filiæ pudiciciã defendens Bellorephontem obiiceret Chimeræ:quæ eo tpe Lyciorũ agros uaſtabat flãma:unde uictor profugiens poſt fontis inuentionẽ:cum ad celum cõtẽderet euolare:neq; lõge iam abeſſet deſpiciens ad terrã:timore permotus decidit:ibiq; piſſe dicitur. Equus aũt ſubuolaſſe ĩter ſidera ab Ioue cõſtitutus exiſtimat. Alii nõ crimi/natũ ab Ancia:ſed ne ſæpius audiret:quod nollet:aut pcibus eius moueretur:pfugiſſe argis dixerunt. Euripedes aũt in Melãcippã tpe Hippẽdironis centauri:filiã Theantheã appellatam dicit: quæ cum aleret in mõte Pelio: & ſtudiũ in uenãdo maximũ haberet:quodam tpe ab eo loco Hellenis filio: Iouis nepote pſuaſam cõcepiſſe:cũq; iã ptus appropinquaret. pfugiſſe: ſiluã:ne pri cũ uirginẽ ſperaret nepotem pcreaſſe uideret. Itaq; cum parens eam pſequeret:dicit periiſſe a deoꝝ ptãtẽ: ne pariẽs a parẽte conſpiceretur quæ deoꝝ uoluntate poſtq̃ pepit in æquã conuerſa in aſtra eſt conſtituta.

Nõnulli eam uatẽ dixerunt eſſe: ſed qđ deoꝝ conſilia hoĩbus ſit enunciare ſolita: in equã eſſe conuerſam. Callimachus autem ait: ꝙ deſſerit uenari: & colere dianam: in quã ſpẽm ut ſupra diximus: eam dianã conuertiſſe. Hec dr̃ ẽt hac re non eſſe in cõſpectu Centauri: quẽ Chirona eſſe nõnulli dixerunt: & ẽt dimidiam apparere: qđ noluerit ſciri ſe feminam eſſe.

Deltoton. Hoc ſidus uelut lr̃a eſt græca in triãgulo poſita: itaq; appellatur: qđ Mercurius ſupra caput Arietis ſtatuiſſe exiſtimat̃: iõ ut obſcuritas Arietis huius ſplendore: quo loco eſſet ſignificaretur: & Iouis noĩe græce Διοσ primã lr̃am deformaret. Nõnulli egypti poſitionem. Alii qua Nilus terminaret ethiopiam eſſe: & egyptum dixerunt. Siciliam figuratam putauerunt. Alii ꝙ orbem terrarum ſuperiores [illegible] tiam diuiſerunt: tres angulos eſſe conſtitutos dixerunt.

ARies. Hic exiſtimat̃ eſſe q Phryxũ tranſtuliſſe: & Hellẽ. dictus eſt: per Helleſpontũ: quæ Heſiodus: & Pherecides ait habuiſſe aureã pellẽ: de qua alibi plura dicemus. Sed hellẽ decidiſſe in Helleſpontũ: & a Neptũo cõpreſſam Pœna ꝑcreaſſe cõplures. Nõnulli Edone dixerunt. Præterea Phryxũ incolumen ad Oetã ꝑueniſſe: & Arietẽ Ioui ĩmolaſſe. Pellẽ in templo fixiſſe: & Arietis ipſius effigiem ab Ioue inter ſidera conſtitutã hr̃e tp̃s anni: quo frumentũ ſerit̃: & iõ ꝙ ortũ ſeuerit ante: quæ maxime fugæ fuit cauſa. Et Eratoſtenes ait arietẽ ip̃m ſibi pellẽ aureã detraxiſſe: & Phryxo memoriæ cauſa dediſſe: ip̃m ad ſidera ꝑueniſſe: quare: ut ſupra diximus obſcurius uideat̃. Hunc aũt nõnulli dixerunt in oppido Horcomenio qđ eſt in Boetia natũ. Alii in ſaloꝝ Theſſaliæ finibus ꝑcreatũ. Alii dicũt Cretea: & Athamãtẽ cũ aliis pluribus Aeoli filios fuiſſe. Nõnulli ẽt Athamãtis filium Salomonẽ eſſe: Aeoli nepotem eſſe dixerunt. Cretea aũt habuiſſe Demodicẽ uxorẽ quã alii Biadicẽ dixerunt. Hanc aũt Phryxi Athamãtis filii corpe inductã in amorẽ incidiſſe: neq; ab eo: ut ſibi copiã faceret: impetrare potuiſſe. Itaq; neceſſario coactã criminari eũ ad Cretea cæpiſſe quæ diceret ab eo uim ſibi pene allatã: & hoꝝ ſimilia mulierũ conſuetudine dixiſſe. Quo facto Creata ut uxoris amantẽ ꝑmotũ Athamanti ut de eo ſupplicium ſumeret ꝑſuaſiſſe. Nubẽ aũt interueniſſe: & ereptũ Phryxũ: & Hellem eius ſororẽ in ariete poſuiſſe: & p helleſpontũ q̃ longiſſiſſime poſſet ꝑfugere iuſſiſſe: Hellẽ decidiſſe: & ibi debitũ nature reddidiſſe. Ex huius noĩe Helleſpontũ appellatũ. Phryxũ Colchos ꝑueniſſe: & ut ante diximus arietis interfecti pellẽ in templo fixiſſe. Ip̃m aũt a Mercurio ad Athamantẽ reductum: qui patri eius ſatiſfecerit: eũ innocentia confuſum ꝑfugiſſe. Hemiſpus aũt dicit quo tp̃e Liber Affricã oppugnauerit deueniſſe cum exercitu in eum locum: qui ꝑpter multitudinẽ pulũeris ammodes eſt appellatus. Itaq; cum in maximũ periculũ deueniſſet: ꝙ iter neceſſario facere uidebat: acceſſit eo: ut aquæ maxima penuria eſſet quo facto exercitus ad defectionem maximam uenire cogebatur: qui quid agerent dum cogitant. Aries

quidã fortuitu ad milites eorũ errans puenit: quos cũ uidiſſet fuga ſibi preſidiũ parauit. Milites aũt q eũ fuerũt conſpicari: & ſi puluere: & æſtu præſſi uix pgrediebant: tamen ut prædam ex flamma petentes: arietem ſequi cæperũt uſq ad eũ locũ: q Iouis Ammonis poſtea templo conſtituto: eſt appellatus. Quo cũ peruenisſent arietem quem conſecuti fuerant nuſq inueni re potuerũt. Sed qd magis hic fuerat optandũ aquæ magnã copiã in eo loco nacti ſunt corporibuſq recuperati libero ſtatim nũciauerũt: q gauiſus ad eos fines exercitũ deduxit: & Iouis Ammonis templũ cũ arietinis corni[...] ſimulachro facto conſtituit: ariete inter ſidera figurauit. Ita ut cum ſol [...] foret ſigno: omnia naſcetia recrearentur quæ ueris tempore fiunt [...] maxime: q illius fuga Liber recreauit exercitũ. Præterea. xii. ſignorũ [prin]cipem uoluit eſſe: q ille optimus exercitui fuerit ductor. Sed de ammonis ſimulachro. Leon q res egyptias conſcripſit: ait. Cũ Liber egyptũ: & reliquos fines regno teneret: & omnia primus hominibus oſtendiſſe diceretur: ammonem quendam ex africa ueniſſe: & pecoris multitudinem ad liberũ adduxiſſe: quo facilius: & eius gratia uteret: & aliqd primus inueniſſe diceret. Itaq p bñficio ei liber exiſtimat agrũ dediſſe q ẽ cõtra Thebas egyptias & q ſimulachra faciũt ammonis: eũ capite cornuto inſtituũt: ut hoies memoria teneant: eũ primũ pecus oñdiſſe. Qui aũt Libero factũ uoluerũt aſſignare: q nõ petierit ab ammone: ſed ultro ad eũ ſit adductus: ſimulachra illi cornuta faciũt: & arietem memoriæ cauſa inter ſidera fixum dicunt.

TAurus. Hic dicit inter aſtra eſſe conſtitutus: q Europam ĩcolumen tranſuexit Cretam: ut Euripides dicit. Nõnulli aiunt cum in bouẽ ſit cõuerſa: ut Iupiter ei ſatiſfacere uideretur inter ſidera conſtituiſſe: q eius prior ps appareat: ut tauri: ſed reliquũ corpus obſcurius uideat. Aſpectat autẽ ad exortum ſolẽ: cuius oris effigiẽ quæ cõtinẽt ſtelle Hyades appellant. Has aũt Pherecydes Athenienſis liberi nutrices eſſe demonſtrat: numero ſeptẽ: quas ẽt ante nymphas Dodonidas appellata. Harũ nomĩa ſunt hæc. Ambroſia. Eudora. Padile. Corõis. Poliſſo. Phyleto. Thyene. Hæ dicunt a Lygurgo fugatæ: & pter Ambroſiã oẽs ad Thetym profugiſſet ait Aſclepiades. Sed ut Phereydes dicit ad Thebas liberum platũ Iunoni tradiderũt. Quam ob cauſa ab Ioue gratia eis eſt relata q inter ſidera ſunt cõſtitutæ. Hyades autem appellatæ ſunt: ut ait Muſeus q ex Atlante: & Hya. Oceani filia: ſint quindecĩ filiæ procreatæ: quarũ qnq Hyadas appellatas demonſtrat: q earũ hyas fuerit frater a ſororibus plurimũ dilectus: q cum uenans a leone eſſet interfectus: qnq de qbus ſupra diximus lamẽtationibus aſſiduis perſeuerantes dicunt interiiſſe: qre eas q plurimũ de eius morte laborarent Hyadas appellatas. Reliquas uero decem ſorores deliberaſſe de ſororum morte: & earum ſeptem ſibi mortem conſciſſe: quare: q plures idem ſenſerũt Pleidas dictas. Alexander autem hyadas ait dictas: q plures: Hyades: & Boetiæ ſunt filie. Pleidas autem: q ex Pleone Oceani: & Atlante ſint

natæ. He numero ſeptem dicunt̃. Sed nemo amplius: quam ſex uidere põt. Cuius cauſa ꝓdit̃ hoc: qd̃ de ſeptem: ſex cũ imortalibus concubuerũt: tres cũ Ioue: Due cũ neptuno: Vna cũ Marte: reliqua aũt Siſyphi uxor demonſtrat̃. Quaꝝ ex Electa: & Ioue dardanũ: Ex maia mercuriũ: Ex Tagete Lacedemonã ꝓcreatũ. Ex Alcyõe aũt: & neptuno Irea. Ex Celẽo Lycũ & Nicteã natũ. Martem aũt ex Sterope Oenomaum ꝓcreaſſe: quam alii Aenomai dixerũt uxorem: Meropem aũt Syſypho nuptam Glaucũ genuiſſe: quem cõplures Bellorofontis patrem eſſe dixerũt. Quare propter reliquas ſorores eius inter ſidera conſtitutam: Sed quia homini nupſit: ſtellam eius o[...]ratam. Alii dicũt Electram non apparere ideo qd̃ Pleides exiſtimen[...]am ducere ſtellis. Sed poſtq̃ Troia fuit capta: & ꝓgenies eius: quæ a[...]no fuerit ſit euerſa: dolore permotam ab his ſe remouiſſe: & in circulo[...] arcticus dicit̃ conſtitiſſe: ex quodam longo tempore lamentantem capillo ſparſo uideri. Itaq; e facto Cometem eſſe appellatam. Sed has Pleidas antiqui aſtrologi ſeorſum a tauro deformauerũt: ut ante diximus Pleiones: & Athlantis filias: quæ cũ in Boetiã cũ puellis iter faceret: Oriona conatũ uoluiſſe ei uim afferre illã fugere cæpiſſe: Oriona aũt ſecutũ eſſe annis. xii. neq; eam inuenire potuiſſe. Iouem aũt puellam miſertũ inter aſtra conſtituiſſe: & poſtea a nõnullis aſtrologis caudam tauri appellatã. Itaq; adhuc Orion fugientes eas ad occaſum ſequi uidetur. Eas ſtellas Vergilias noſtri dixerunt ꝙ poſt uer exoriunt̃: & hæ qdem ampliorem cæteris habent honorem. Quod earum ſigno exoriente æſtas ſignificat̃: Occidẽte autem hyems oſtenditur: quod aliis non eſt traditum ſignis.

GEmini. hos complures aſtrologi Caſtorem: & Pollucem eſſe dixerunt: quos demonſtrant oĩum fratrũ inter ſe amantiſſimos fuiſſe: ꝙ neq; de principatu contenderũt neq; ullam rem ſine cõmuni cõcilio geſſerũt. Pro qbus officiis eoꝝ Iupiter inter notiſſima ſidera eos conſtituiſſe exiſtimat̃. Neptunũ aũt pari conſilio enumeraſſe. Nam equos his qbus utunt̃ donauit: & dedit ꝑtãtem naufragiis ſaluti eſſe. Alii dixerunt Herculem eſſe: & Apollinem. Nõnulli etiam Triptholemũ: quem ſupra diximus: & Iaſona a Cerere dilectos: & ad ſidera platos. Sed q de caſtore: & Polluce dicũt: hoc amplius addũt: ut Caſtor in oppido Adriadnis ſit occiſus: quo tpe Lacedemones cũ Athenienſibus bellũ geſſerũt. Alii aũt cũ oppugnarent Spartã Lyncus: & hydas ibi piſſe dixerũt. Pollucem ait Homerus conceſſiſſe frĩ dimidiã uitã. Itaq; alternis diebus eoꝝ quẽq; lucere.

CAncer. Hic dicitur Iunonis beneficio inter aſtra collocatus: ꝙ cum Hercules contra hydrã lerneam conſtitiſſet: ex palude pedem eius mordicus arripuiſſet qua de re Herculem permotũ eũ interfeciſſe: Iunonem aũt inter ſidera conſtituiſſe: ut eſſet cũ duodecim ſignis: quæ maxime ſolis curſu continent̃. In eius deformatione pte ſunt qdam: q aſini appellant̃: a libero inteſta Cancri duabus ſtellis figurati. Liber enĩ a Iuno-

ne furore obiecto: dr̃ mente captus fuiſſe per Teſprotiam: cogitans ad Io-
nis dodonei templũ puenire: unde peteret rñſum: quo facilius ad priſtinũ
ſtatũ mentis pueniret: ſed cũ ueniſſet ad quãdã paludẽ magnã: tranſire nõ
poſſet de qbuſdã duobus aſellis obuiis factis: dr̃ unũ deꝑndiſſe eoꝝ: & ita
eũ tranſuectũ: ut oĩno aquã nõ tetigerit. Itaq; cũ ueniſſet ad templũ Iupi-
tris dodonei ſtatim dr̃ a furore liberatus: & aſellis gratiam retuliſſe: et inter
aſtra eos collocaſſe. Nõnulli ẽt dixerunt aſino illi q fuerit uectus: uocẽ hu-
manã dediſſe. Itaq; poſtea cum Priapo deo naturæ contendiſſe: & uictũ ab
eo interfectũ. Pro quo Liberũ eius miſertũ in ſideribus annumeraſſe. Et ut
ſciretur id pro deo nõ ꝓ hoĩe timido (qa Iunonẽ fugerit) feciſſe: ſupra Cã-
crũ cõſtituit: q deæ bñficio fuerit affixus aſtris. Dr̃ ẽt alia hiſtoria de aſellis
ut ait Eratoſthenes: quo tpe Iupiter bello gigantibus indicto: ad eos oppu
gnandos oẽs deos conuocauit: ueniſſe Liberũ pẽm: Vulcanũ: ſatyros: ſy-
lenos aſellis uectos: q cũ nõ longe ab hoſtibus abeſſent: dicunt aſelli perti
muiſſe: & ita ꝓ ſe qſq; magnũ clamorẽ & inauditũ gigantibus feciſſe: ut
oẽs hoſtes eoꝝ clamore in fugã ſe cõuerterent: & ita ſunt ſupati. Huius ſilis
eſt hiſtoria de buccina Tritonis. Nam is quoq; fertur: cum conchã inuen-
tam ex cauaſſet ſecũ ad gigãtes tuliſſe: & ibi ſonitũ quẽdã inauditũ p cõchã
miſiſſe. Hoſtes aũt ueritos ne quæ eſſet imanis fera ab aduerſariis adducta:
cũ eſſet ille mugitus: fugæ ſe mãdaſſe: & ita uictos in hoſtiũ ptãte pueniſſe.

LEo. Hic dr̃ a Ioue cõſtitutus: ꝙ oĩum ferarũ princeps eſſe exiſtimat.
Nõnulli ẽt hoc amplius dicũt ꝙ herculis pria fuerit hæc certatio:
& ꝙ eũ inermis interfecit. De eo & Piſandrus & complures alii ſcri-
pſerunt: cuius ſimulacrũ ꝓximũ eſt uirgini. Sed aliæ. vii. ſtellæ ad caudã leo
nis in triãgulo collocatæ: quas crines beronices eſſe Conõ ſamius mathe-
maticus & Callimachus dicit. Cũ Ptolemæus beronicẽ Ptolemæi & Ar-
ſtonis filiã ſororẽ ſuã duxiſſet uxorẽ: & paucis poſt diebus Aſiã oppugnatũ
pfectus eẽt uouiſſe beronicẽ ſi uictor Ptolemæus rediſſet: ſe detõſurã crinẽ:
quo uoto donatũ crinẽ ĩ Veneris Arſinoes Cõſintidis poſuiſſe tẽplo: eiſq;
poſtero die nõ cõparuiſſe: qđ factũ cũ rex egre ferret Conõ mathematicus
(ut diximus) cupiens inire grãm regis dixit crinẽ ĩter ſidera uideri colloca
tũ: & qſdã uacuas a figura ſeptẽ ſtellas oñdit quas eſſe crinẽ fingeret. Hanc
beronicẽ nõnulli cũ Callimacho dixerũt equos alere & ad Olympia mitte
re cõſuetã. Alii dicũt hoc amplius Ptolemæũ beronicis pẽm: multitudine
hoſtiũ pterritũ fuga ſalutẽ petiſſe: filiã aũt ſæpe cõſuetã inſiluiſſe in equũ: &
reliquã exercitus copiam conſtituiſſe: & cõplures hoſtium interfeciſſe: reli-
quos in fugã conieciſſe: pro quo ẽt Callimachus eam magnanimã dixit.
Eratoſthenes aũt dicit & uirginibus leſbiis dotẽ quã cuiq; relictã a parẽte
nemo ſolueret iuſſiſſe reddi: & inter eos conſtituiſſe petitionem.

VIrgo. Hãc heſiodus Iouis: & Themidis filiã dicit. Aratus aũt Aſtræi
& Auroræ filiam exiſtimat. ꝙ eodem tpe fuerit: cũ aurea ſæcula ho

minũ:& eo ꝗ principẽ fuiſſe demonſtrat:pp diligẽtiã:& æquitatem : iuſtitiã appellatã:neqꝫ illo tpe ab hoĩb⁹ exteras nationes bello laceſſitas eſſe : neqꝫ nauigo queꝗ̃ uſum eſſe:ſed agris colendis uitã agere cõſueuiſſe.Sed poſt eorum:qui ſint nati minus officioſos:magis auaros cœpiſſe fieri . Quare minus iuſticiam inter homines fuiſſe conuerſatam. Deniqꝫ eam pueniſſe uſqꝫ eo:dum diceret.Heu heu genus hoĩm natũ.Itaqꝫ iam nõ potuiſſe pati amplius & ad ſidera euolaſſe.Sed hãc alii Fortunã alii Cererẽ dixerunt & hoc magis non conuenit inter eos ꝙ caput eius nimium obſcurum uidet. Nõnulli etiam erigonem Icari filiam dixerunt:de qua ſupradiximus. Alii autẽ Apollinis filiam ex Chriſoſtemi natam & infantẽ parthenon noĩe dictam eamqꝫ ꝙ parua interierit ab Apolline inter ſidera collocatam.

SCorpius.Hic pp magnitudinem mẽbroꝝ in duo ſigna diuiditur: quoꝝ unius effigiem noſtri libram dixerũt.Sed oĩno totũ ſignum hac de cauſa ſtatutum aſſignat:ꝙ Orion cũ uenaret:& in eo exercitatiſſimũ ſe eſſe conſideret dixiſſe:etiam Dianæ:& Latonæ:ſe omnia que ex terra oriunt interficere ualere:quare terram permotã Scorpionẽ eduxiſſe:q eum interficere demonſtrat.Iouẽ aũt utriuſqꝫ animũ admiratum:Scorpionem inter aſtra collocaſſe:ut ſpẽs eius hoĩbus documento eſſet:ne quis eorum aliqua re ſibi cõfideret.Dianam aũt pp ſtudiũ Orionis petiſſe a Ioue: ut idem illi beneficium daret petenti quod terræ ultro tribuiſſet.Itaqꝫ eum conſtitutum:ut cũ Scorpion oriatur Orion occidat.

SAgittarius.Hũc cõplures centaurũ eſſe dixerũt.Alii aũt hac de cauſa negauerunt:quod nemo centaurus ſagittis ſit uſus. Hic autem querit cur equinis cruribus ſit deformatus:& caudã habeat ut ſatyri.Dicunt enim nõnulli hũc eſſe Crotum noĩe Euphemes muſaꝝ nutricis filium ut ait Soſteus tragædiaꝝ ſcriptor:eum domicilium in monte Helicone habuiſſe:& cum muſis ſolitum delectari:nõnunꝗ̃ etiam ſtudio uenationis exerceri. Itaqꝫ pro merita diligentia magnã laudem aſſecutũ . Nam & cellerimũ in ſiluis:& acutiſſimũ in muſis factũ eſſe. Pro quo ſtudio petiſſe muſas ab Ioue ut in aliquo aſtroꝝ numero deformaretur . Itaqꝫ Iouẽ feciſſe ut cum omnia illius artificia uno corpore uellet ſignificare . Crurã ei⁹ equina feciſſe:ꝙ equo multum ſit uſus & ſagittas pro ingenio adiunxiſſe: ut ex his:& acumẽ:& celeritas eſſe uideatur.Caudam ſatyricam in corpore fixiſſe:ꝙ nõ minus hic muſæ:ꝗ̃ liber ſatyris ſit delectatus. Ante huius pedes ſtellæ ſunt paucæ in rotundo deformate:quas coronẽ eius ut ludẽtis abiectam nonulli dixerunt.

CApricornus.Huius effigies ſimilis eſt Egipani:quem Iupiter ; ꝙ cũ eo erat nutritus cum eo eſſe uoluit:ut capram nutricem de qua ante diximus. Hic etiam dicitur ꝙ cum Iupiter tytanas oppugnaret primus obieciſſe hoſtibus timorem qui Paniſcus appellatur ut ait Eratoſthenes hac etiã de cauſa huius inferiorẽ partem piſcis eſſe formationem

ꝙ muricibus ideſt maritimis cõchiliis hoſtes ſit iaculatus ꝑ lapidum iacta tione. Aegyptii aũt ſacerdotes & nõnulli poetæ dicunt eum cũ plures dii ĩ Aegyptum cõueniſſent: repẽte ueniſſe eodẽ Typhona acerrimũ giganta & maxime deorum inimicũ: quo timore pmotos in aliã figurã ſe cõuertiſſe. Mercurium factũ eſſe ibin Apollinem autem quæ Thraicia auis eſt grus di citur. Dianam claro ſimulatam: qbus de cauſis ægyptios ea genera uiolari non ſinere demonſtrant: ꝙ deorum imagines dicantur. Eodem tempore Pana dicunt in flumen ſe deieciſſe: & poſteriorem partem corporis effigiẽ piſcis alteram uero hirci feciſſe: & ita a Typhone profugiſſe: cuius cogita tum Iupitrem admiratum: effigiem eius inter ſidera fixiſſe.

AQuarius. Hunc cõplures Ganymedẽ eſſe dixerũt: quem Iupiter pro pter pulchritudinẽ corporis ereptum parentibus deorum miniſtrum feciſſe exiſtimatur. Itaq; oſtẽdit ut aqua aliquo infundẽs. Hegeſinax autem deucaliona dicit eſſe: ꝙ eo regnãte tanta uis aquæ ſe de cælo profu derit ut cataclyſmus factus eſſe diceretur. Eubolus autem Cecropẽ demon ſtrat eſſe: antiquitate generis cõmemorans: & oſtendens anteq̃ uinum tra ditum ſit hominibus: aqua in ſacrificiis deorum uſos eſſe: & ante Cecropẽ regnaſſe q̃ uinum ſit inuentum.

PIſces. Diogenites Erithrachus ait quodam tempore Venerẽ cũ cu pidine filio in Syriã ad flumẽ Eufratẽ ueniſſe: & eodẽ loco repente Typhona giganta: de quo ſupra diximus apparuiſſe. Venerẽ autẽ cũ filio in flumẽ ſe proieciſſe: & ibi figurã piſciũ forma mutaſſe quo facto pe riculo eſſe liberatos. Itaq; poſtea ſyros q in his locis ſunt ꝓximi: deſtituiſſe piſces eſitare: ꝙ uereantur eos capere ne ſimili cauſa deorum præſidia impu gnare uideantur: aut eos ipſos captare. Eratoſthenes autem ex eo piſce na tos homines dicit: de quo poſt dicemus.

CEtus. De hoc dicitur: ꝙ a Neptuno miſſus ſit: ut Andromedam in terficeret: q̃ ante diximus. Sed a Perſeo ſit interfectus: propter im manitatẽ corporis: & illius uirtutem inter ſidera collocatum.

ERidanus. Hunc alii Nilum: complures etiam occeanum eſſe dixe runt. Qui autem nilum uolunt uocari: propter magnitudinẽ eius: & utilitatem æquiſſimum eſſe demoſtrant: præterea: ꝙ infra eum quædam ſtella ſit: clarius cæteris lucens nomine Canopos appellata Ca nopos autem inſula flumine aluitur Nilo.

LEpus. Hic dicitur Orionis canem fugere uenantis. Nã cum ut opor tebat: eum uenatorẽ finxiſſent: uoluere etiam hoc ſignificare aliqua de cauſa. Itaq; leporẽ ad pedes eius fugientem finxerunt: quem nõ nulli a Mercurio conſtitutum dixerunt: eiq; datum eſſe præter cætera ge nera quadrupedum: ut alios pareret: alios hret ĩuentre. Qui autem ab hac cauſa diſſentiũt: negant tam nobilem: & tã magnum uenatorem: de quo & ante in Scorpionis ſigno diximus: oportere fingi leporem uenari. Cal

limachum quoq; accuſari : ꝙ cū canis ſcriberet laudes eā lepoꝝ ſanguine.
gaudere: & eos uenari dixiſſet. Itaq; Oriona cū tauro decertantē fecerunt.
Leporis aūt hanc hiſtoriam memoriæ ꝓdiderūt apud antiquos in inſula
lero nullū leporē fuiſſe: ſed ex eoꝝ ciuitate adoleſcentiū quēdā ſtudio gene/
ris inductū: ab exteris finibus leporē fœminā pgnantē attuliſſe: & ad eius
ptū diligentiſſime miniſtraſſe. Itaq; cū peperiſſet cōpluribus eius ciuitatis
ſtudiū incidiſſe & ptim pcio: ptim bñficio mercatos oēs lepores alere cœ/
piſſe. Itaq; nō longo interuallo tantā multitudinē lepoꝝ ꝓcreatam: ut to/
ta inſula ab his occupata diceret: quibus cū ab hoībus nil daretur: in ſemi/
nas eoꝝ impetu facto omnia comederunt. Quo facto incolæ calamitate
affecti cū fame forēt oppreſſi: cōmuni cōſilio totius ciuitatis uix deniq; eos
abegiſſe ex inſula dicunt. Itaq; leporis poſtea figuram in aſtris conſtituiſſe:
ut homines meminiſſent nil eſſe tam exoptandum in uita: quin ex eo plus
doloris: q̄ leticiæ capere poſterius cogerentur.

ORion. Hūc heſiodus Neptuni filiū dicit: ex Euriale Minois filia na/
tum: conceſſum aūt ei ut ſup fluctus curreret: ut in terra: quēadmo/
dum Phyclo datū dicit. ut ſupra ariſtas curreret: nec eas infringeret.
Ariſtonicus āt dicit quendam Erithrea fuiſſe thebis. Pindarus autē in īſula
Chio. Hūc aūt cū Iouem: & Mercuriū hoſpitio recepiſſet: petiſſe ab eis: ut
ſibi aliqd liberoꝝ naſceret. Itaq; quo facilius petitū impetraret: bouē īmo/
laſſe: & his pro epulis appoſuiſſe: quod cū feciſſet: popoſciſſe Iouem: & Mer
curium: ꝙ coriū de boue fuiſſet detractū. & quod fecerant urinæ in corium
infudiſſe: & id ſub terra poni iuſſiſſe: ex quo poſtea natum pueꝝ: quem Era
theus e facto Vriona nomine appellauit: ſed uetuſtate & conſuetudine fa/
ctum eſt: ut Orion uocaret. Hic dicit Thebis Chiū ueniſſe & Oenopionis
filiam Meropē p uinū cupiditatē incēſus cōpreſſiſſe: pro quo facto ab Oe/
nopione excecatus: & de inſula eiectus exiſtimat lenū ad Vulcanum pue/
niſſe: & ab eo quendā ducē Cedaliona noīe accepiſſe quem colloferens di/
citur ad ſolem ueniſſe: & ab eo ſanatū: ut ſe ulciſceret Chium reuertiſſe. Oe
nopiona aūt a ciuibus ſub terra cuſtoditū eſſe: quē poſtq̄ ſe inuenire poſſe
deſperaret Orion in inſulam cretā pueniſſe: & ibi uenari cepiſſe cū Diana
& ei polliceri: q̄ ſupradiximus: & ita ad ſidera perueniſſe. Nōnulli aūt aiunt
Oriona cū Oenopione ꝓpe nimia coniūctū amicitia uixiſſe: & quod ei no
luerit ſuū ſtudiū in uenādo ꝓbare dianæ quoq; pollicitū quæ ſupradixim9:
& ita interfectū. Alii dicunt cū Callimacho cū dianæ uim uoluerit afferre
ab ea ſagittis eſſe confixum & ad ſidera pp uenandi conſimile ſtudiū defor
matum. Hiſtrius dicit Oriona a Diana eſſe dilectū: & pene factum ut ei nu
pſiſſe exiſtimaret. Quod Apollo cū egre ferret & ſæpe eam obiurgans: hoc
feciſſe: natātis Orionis longe caput ſolum uideret cōſpicatus: contendit cū
Diana eam nō poſſe ſagittā mittere ad id: quod nigrū in mari uideret: q̄ cū
uellet in eo ſtudio ſe maxime artificem dici ſagitta miſſa caput Orionis tra

iecit. Itaq̨ cũ fluctus interfectũ ad littus adiecisſet & ſe cũ Diana percuſſiſſe plurimũ doleret: multis eius obitũ proſecuta lachrymis inter ſidera ſtatuiſſe exiſtimat. Sed q̃ poſt mortẽ eius Diana fecerit in eius hiſtoriis dicemus.

CAnis. Hic dicit ab Ioue cuſtos Europæ appoſitus eſſe: & ad Minoa perueniſſe. Quem Prochris Cephali uxor laborãtẽ dicitur ſanaſſe: & pro eo beneficio canẽ munere accepiſſe: ꝙ illa ſtudioſa fuerit uenationis: & ꝙ cani fuerat datum ne ulla fera preterire eum poſſet: poſt eius obitum canis ad Cephalum peruenit: quod Prochris eius fuerat uxor quẽ ille ducens ſecũ Thebas peruenit ubi erat uulpes cui datũ dicebatur omnes canes effugere poſſe. Itaq̨ cũ in unũ ꝑueniſſent. Iupiter neſcius quod faceret (ut Hiſtrius ait) utrũq̨ in lapidẽ conuertit. Nõnulli hũc canẽ Orionis eſſe dixerunt: & qđ ſtudioſius fuerit uenãdi cũ eo cane quoq̨ inter ſidera collocatum. Alii ãt Icari canẽ eſſe dixerũt: de quo ante diximꝰ: q̃ multas ꝓpoſita ſuos hñt auctores: ſed canis hẽt in lingua ſtellã unam: q̃ ipſa canis appellat. In capite aũt alteram: quã ipſis ſuo nomine ſtatuiſſe exiſtimatur: & ſyrion appellaſſe ꝑ flãmæ candorẽ: ꝙ eiuſmodi ſit: ut ꝑter cæteras lucem uideat. Itaq̨ quo magis ea cognoſcerẽt ſyriona appellaſſe.

PRochion. Hic ante maiorẽ canẽ exoriri uidet ſed a nõnullis orionis eſſe exiſtimat. Hac etiã dc cã Prochionẽ appellatum: ſed iiſdem omnibus hiſtoriis: q̄bus ſuperior canis annumeratur.

ARgo. Hãc nõnulli ꝑꝑ celeritatem argo dixerũt græce appellatam. Alii ꝙ Argus eius fuerit inuentor. Hãc ãt primã in mari fuiſſe complures dixerũt: & hac re maxime ſtellis eſſe figuratam. Hanc nauim factam Pindarus ait in Magneſia oppido: cui Demetria nomen eſt. Callimachus aũt in iiſdem finibus ad Apollinis Actii tẽplũ: qđ Argo nautæ ꝓficiſcẽtes ſtatuiſſe exiſtimant in eo loco: q̄ Pagaſe uocat ideo: ꝙ nauis Argo ibi primum compacta dicit: qđ eſt Græce Pagaſe Homerus hunc eundem locum in Theſſaliæ finibus eſſe demonſtrat. Eſchylus ãt: & nõnulli aiunt a Minerua quandã materiã loquẽtẽ eodẽ eſſe cõiunctã: ſed huius nõ tota effigies inter aſtra uidetur: diuiſa enim eſt a puppi: uſq̨ ad malum ſignificans: ne homines nauibus fractis pertimeſcerent.

CEntaurus. Hic dr̃ nomine Chyron Saturni: & Phylire filius eſſe: q̄ nõ modo cæteros centauros: ſed hoĩes quoq̨ iuſticia dicit ſupaſſe. Eſculapiũ: & Achillem nutriſſe exiſtimat: pietate igit: & diligentia effecit: ut inter aſtra numeraret. Apud hunc Hercules cũ diuerteretur: & ſimul cum Chirone ſedens ſagittas conſideraret: fertur una coꝝ deciđiſſe ſupra pedem Chironis: & ita eũ interfeciſſe. Alii aũt dicunt cẽtaurum miratũ ꝙ tam breuibus ſagittis: tã magna corpora centauroꝝ interfecerit ipſum contendere arcum conatum. Itaq̨ ex eius manu ſagittã ꝓlapſam in pedem eius incidiſſe: pro qua re Iupiter eius miſertus inter ſidera eum conſtituit cum hoſtia: quam ſupra aram tenens imolare uidetur. Hunc alii Phonon

eſſe centaurum dixerunt:eumq́ aſpicio præter cæteros plurimum ualere.
Itaq́ ad aram eum hoſtia uenire Iouis uoluntate figuratur.

ARa in hac primum dii exiſtimantur ſacra & coniurationem feciſſe:cum Tytanas oppugnare conarentur:eam autem cyclopas feciſſe:ab ea conſuetudine homines dicuntur inſtituiſſe ſibi: ut cum aliquam rem efficere cogitarent:prius ſacrificarent q̄ agere [illegible].

HYdra in qua Coruus inſidere: & crater poſitus exiſtimatur:de qua hanc habemus memoriæ proditam cauſam Coruus Appollinis tutela uſus eo ſacrificante miſſus a fonte aquam puri petitū:uidit arbores complures ficorū īmaturas:eas expectans dū matureſcerēt:in arbore quadā earū cōſedit. Itaq́ poſt aliquot dies coctis ficubus:& a coruo pluribus earū comeſis:expectans Apollo coruum uidit eum cratere pleno uolare feſtinantem:pro quo admiſſo eius dicitur:q́ diu moratus ſit Apollinē qui coatus mora corui:alia aqua eſt uſus:hac ignominia eū affeciſſe:ut q̄ diu ficus conquoquerentur coruus bibere non poſſet: ideo q́ guttur habeat pruſum illis diebus:Itaq́ cum uellet ſignificare ſitim corui: inter ſidera cōſtituit crateram: & ſuppoſuit hydram quæ coruum ſitientem moraretur. Videt̄ eni roſtro caudā eius extremam uerberare:ut tanq̄ nō ſinat ſe ad craterā tranſire. Hiſtrius autē:& complures dixerunt. Coronida Phlegiæ filiā fuiſſe:hanc aūt ex apolline Aſculapiū procreaſſe. Sed poſtea Scyn Calci filium cū ea cōcubuiſſe:quod cum uideret coruus Apollini nūciaſſe:qui cum fuerit antea candidus pro incōmodo nūcio eum nigrum feciſſe & Scyn ſagittis cōfixiſſe. De Cratera aūt hāc hiſtoriam Philarchus ſcribit: In Cherſonēſe:quæ cōfinis eſt Troiæ ubi Protheſilai ſepulchrum ſtatutum complures dixerūt urbs Flaguſa nomīe dicitur:in qua Demiphon quidam cū regnaret:incidit eorū finibus repentina uaſtitas:& ciuium interņitio miranda:quare Demiphonta permotum ferunt miſiſſe ad Apollinis oraculū: remediū querēs uaſtitatis:rñſo aūt dato:ut quotānis una de nobiliū genere uirgo diis penatibus eorū īmolaret̄ Demiphon autem omnium filias præter ſuas forte ductas interficiebat:uſq́ dum cuidam ciuium loco nobiliſſimo eorū nato:perdoluit incæptum Demiphontis:q negare cæpit de ſua filia ſe paſſurum ſortiri:niſi eodem regis filiæ cōiectæ eſſent:quo facto rex permotus:illius filiam ſine forte ductam interfecit:quod Matuſius nomine uirginis pater inſtanti tpe ſimulauit ſe patriæ cauſa non ferre egre factum: potuiſſet enim poſtea forte ducta nihilominus interficere: quod paulatim dies regi in obliuionem perduxit. Itaq́ cum ſe prope amiciſſimum regi pater uirginis oſtendiſſet:ſolemne ſacrificium ſe habere dixit:eumq́: & filias eius ad id conficiendum inuitauit:qui nihil aliter futurum ſuſpicatus:filias ante miſit ut ipſe occupatus in re ciuili poſtea ueniret quod cum exoptanti Matuſio accidiſſet filias eius interfecit. & ſanguinem earū cum uino in cratere mixtū aduenienti regi pro potione dari iuſ-

ſit:qui cum filias deſideraret:& quid his factum eſſet reſciſſet Matuſium cũ cratere in mari proiici iuſſit: quo facto marẽ quo ille proiectus eſt memoriæ cauſa Matuſium uocatum:portus autem adhuc crater dicitur: quem antiqui aſtrologi ſtellis deformauerunt:ut homines meminiſſent: maleficium neminem temere lucrari poſſe:neq; obliuionem inimiciciarum fieri ſolere. Nonnulli cum Eratoſthene dicũt:eũ cratera eſſe quo Icarus ſit uſus cum hominibus oſtenderet uinum. Alii autem dolium eſſe quo mars ab otho & Ephyalte ſit coniectus.

PIſcis qui Notius appellatur:hic uidetur ore aquã excipere a ſigno aquario:qui laborantẽ quondã. Iſin ſeruaſſe exiſtimatur: pro quo beneficio ſimulachrum piſcis:& eius filiorum:de quibus ante diximus inter aſtra conſtituit. Itaq; ſyri complures piſces non eſitãt:& eorum ſimulachra aurata pro diis penatibus colunt. De hoc & Heſyas ſcribit.

REliquum eſt nobis de ſtellis quinq; quas complures ut erraticas:ita planetas græci uagos dixerũt. Vna quarũ eſt Iouis nomine Phaeton: quem Eraclides ponticus ait quo tempore Prometheus homines finxerit: hunc pulchritudine corporis reliquis præſtantem feciſſe: cumq; ſupprimere cogitaret:ut certum redderet cupidinem Ioui nunciaſſe:quo facto miſſum Mercurium ad Phaetonta perſuaſiſſe ut ad Iouem ueniret:& ĩmortalis fieret. Itaq; eum inter aſtra collocatum. Secunda ſtella dicitur ſolis:quam alii Saturni dixerũt. Hanc Eratoſthenes a ſolis filio Phaetonta appellatam dicit:de quo plures ſcripſerunt:ut patris in ſcienter curru uectus incenderit terras quo facto ab Ioue fulmine percuſſum in Eridanum deiecerit a Sole inter ſidera ſit perlatus. Tertia eſt ſtella Maris quam alii Herculis dixerunt Veneris ſequẽs ſtellam. Hac Eratoſthenes ait de cauſa:ꝙ Vulcanus cum uxorem uenerem duxiſſet:& propter eius obſeruantiam Marti copia nõ fieret:ut nihil aliud aſſequi uideretur niſi ſua ſtella Veneris ſidus perſequi a Venere impetrauit. Itaq; cum uehementer. eũ amore incẽderet ſignificans e facto ſtellam Hyperiona appellauit. Quarta ſtella eſt Veneris Lucifer nomine:quam nonnulli Iunonis eſſe dixerunt. Hũc eundem Heſperum appellari multis traditum eſt hiſtoriis. Hic autem omnium ſiderum maximus eſſe uidetur: Nonnulli autem hunc Auroræ:& Cephali filium eſſe dixerunt pulchritudine multis præſtantem. ex quare etiaʒ cum uenere dicitur certaſſe ut etiam Eratoſthenes dicit: eum hac de cauſa ueneris appellari:exoriente ſole:& occidente uideri:quare ut ante diximus iure hunc & luciferum:& heſperum nominatum. Quinta ſtella eſt Mercurii nomine Stilbon:ſed hæc eſt breuis & clara: Hæc autem Mercurio data exiſtimatur:ꝙ primus menſes inſtituerit: & præuiderit ſiderum curſus: Euhemerus aũt primã ait Venerẽ aſtra conſtituiſſe:& Mercurio demõſtraſſe.

PRæterea oſtenditur circulus quidam in ſideribus candido colore: quem Lacteum eſſe nonnulli dixerunt. Eratoſthenes autem Mercurio dicit īfanti puero inſciam Iunonem dediſſe lac: ſed poſtquā reſcierit eum Maiæ filium eſſe reieciſſe eum a ſe. Ita lactis profuſi ſplendorem inter ſidera apparere. Alii dixerunt dormienti Iunoni Herculem ſuppoſitum & exprectam ei quod ſupra diximus feciſſe Alii autē Herculē propter nimiam auiditatem multitudinem lactis appetiſſe: neq̄ in ore continere potuiſſe: q̄ ex ore eius profuſum circulum ſignaſſe. Alii dicunt quo tēpore Ops Saturno lapidem pro partu attulit: uiſiſſe ei lac præbere: que cū preſſiſſet mammam profuſo lacte circulum deformatum: quem ſupra demonſtrauimus. Nos aūt omniū corpoꝝ deformationē dicere inſtituimus.



Stellæ quas obseruarunt antiqui astrologi, et Hipparcus et Ptholemeus 1° mag. cogitu: Et cæteri sunt numero 1022:

Has oēs figuras, appellauerunt antiqui, Cōstellationes Simulacra, Imagines, Et formas Effigies, Ideas, Et exemplaria verè fiendarum

¶ Clariſſimi uiri Hyginii deſcriptionum formarum cæleſtium.

Aſtronomicon.

IGitur ſcipiēs a polo Boreo ꝑtinus dicere: quo utræq; ar/ctui nixæ uehuntur arctico circulo clauſæ: & ita collocatæ: ut alterius una quæq; earum reſupinata caput: alterius tege/re uideatur: ita tñ ut caput eius. quæ ſuperior fuerit. ad cau/dam inferioris contendat. Harum maior in extremo circulo pedes habet fixos. Præterea habet in capite ſtellas ſeptem: omnes obſcuras. In utriſq; auribus binas. In humero claram unam. In pede de poſterioribus nouiſſimo duas. In ſummo interſcapilio unam. In crure de poſterioribus primo unā. In pede priore duas. In cauda ipſa tris. Ita totius ſideris ſtellæ ſunt omnino.xxi. Minor aũt habet in ſtationis uno quoq; loco ſtellas ſingulas clare lucentes & ſuper caudam tris: omnino ſe/ptem: ſed in prioribus caudæ ſtellis una a qua polus appellat̃: ut Eracho/nes dicit: per quem locum ipſe mundus exiſtimatur uerſari. Reliquæ autē duæ χορευται dicuntur: q; circum polum uerſantur.

DRaco inter duas arctos collocatus uidetur corpis ſinu facto arctō minorē ita concludere: ut pene pedes eius tangere uideatur: cauda autem flexa caput maioris attingere: ſuo capite tanquam reducto: circulum arcticū attingens: corpus ut in ſphærā complicari: & ſi quis dili/gentius attenderit: uidere poterit caput draconis ad maioris urſæ regionē caudæ collocari. Hic habet in utroq; tempore ſtellas ſingulas. In oculis ſin/gulas. In mento unam: & toto corpore reliquo paſſim claras decem: ita ut omnino ſit ſtellarum.xxx.



Stella que est in pede minoris urse describit circulu boreum. Vespuccius ponit in polo australi, (cui credendu est) quandam crucem, que a stellis 5. conficitur.

ARctophilax. Huius manum ſiniſtram circulus arcticus includit: ita ut neqꝫ occidere: neqꝫ exoriri uideatur. Ipſe enim poſitus ad arctico circulo ad æſtiuum definitur inclinatus in lõgitudinem: dextro pede æſtiuo circulo nixus: huius humero: & pectus a reliquo corpore diuidit circulus: qui per utroſqꝫ polos tranſiens tangit arietem: & chelas: hic quidem cum Thauro: & Geminis: & Cancro: & Leone occidit: ideo ſero occidere dicitur: ꝙ magis erectus a pedibus peruenit ad terram. At exoriens citius: q̃ chelæ uidetur. Habet autem ĩ ſiniſtra manu ſtellas quatuor: quæ nunq̃ occidere uidentur. In capite ſtellam unam. In utroqꝫ humero ſingulas. In utraqꝫ mãma ſingulas: ſed clariorem dextram: & ſub ea alterã obſcuram: & in cubito dextro claram unam. In zona unam clarius cæteris lucentem. Hæc ſtella arcturus appellatur. In utriſqꝫ pedibus ſingulas: quæ omnino ſunt. xxii.



COronam humero ſiniſtro prope contingere arctophilax uidetur, quæ ante engonaſin dextri pedis calce coniungit: hæc Cancro & Leone exoriente occidere: cum Scorpione exoriri perſpicitur. Habet autem ſtellas octo: rotundo diſpoſitas: ſed ex his tres clarius cæteris lucentes.

Cum Scorpione exoritur et occidit exoriente Cancro, et


Corona



ENgonaſin. Hic poſitus inter duos circulos arcticũ: & æſtiuũ utriſq; pedibus: & dextro genu: quem ante diximus: arcticum circulũ fuit. Ita tamen ut dextro pede prioribus digitis circulum terminet: ſiniſtro autem toto caput draconis opprimere conetur. Humeris autem uelut ſuſtinens circulum æſtiuum: & manu dextra proiecta tangens. Leua autem e regiõe ad ſiniſtrum genu porrigens æquali interuallo circuli æſtiui & genu ſiniſtri. Hic occidens capite prius q̃ reliquo corpore deuenit ad terram: qui cum totus occidit: ut pendere pedibus ex arctico circulo uideat. Exoriens ante pedibus q̃ reliquis membris. Habet autem in capite ſtellam unam. In ſiniſtro brachio unam. In utroq; humero ſingulas clare lucentes. In manu ſiniſtra unam. In dextro cubito unam. In utroq; latere ſingulas: ſed clariorem in ſiniſtro. In dextro femore duas. In genu unam. In poplite unam. In crure duas. In pede unam: quæ dicitur clara. In ſiniſtra manu quatuor: quas pellem leonis nõnulli eſſe dixerunt. Ita ſunt oĩno. xxix.



LYra. Hæc poſita eſt contra regionem eius loci: qui eſt inter genu & manum ſiniſtram eius: qui engonaſin uocat: cuius ipſa teſtudo ſpectat ad arcticum circulum. Sūmum autem cacumē ad polum notium contendere uidetur. Hæc lyra uirgine exoriente occidere uidetur: & cum ſagittario exoriri pſpicitur. Habet autem in ipſis teſtudinis lateribus ſingulas ſtellas. In ſummis cacuminibus eorum quæ in teſtudine ut brachia ſunt coniecta ſingulas. In mediis iiſdem quas humeros Eratoſthenes fingit: ſingulas. In ſcapulis ipſius teſtudinis duas. In ima lyræ: quæ ut baſis totius uidetur unam. Et ita omnino ſunt. ix.



OLor. Huius una ala eſt ad circũductionem huius circuli: qui arcti/cos uocatur: contingens extremum pedem ſiniſtrum eius: qui en/gonaſin uocatur. Siniſtram autem habet alam paululũ extra cir/culum æſtiuum pene coniungens pedibus pegaſi: æſtiuus autem circulus roſtrum eius a reliquo corpore diuidit. Cauda iungitur extrema cum capi te cephei. Hic cum Virgine & chælis occidens: prius capite q̃ reliquis mẽ/bris deuenit ad terram: exoritur autem cum Capricorno. Hic habet in ca/pite ſtellam clare lucentem unam. In collo alteram pari fulgore. In utriſq; pennis quinas: Supra caudam unam. Omnino habet ſtellas. x.

Cygnus



stella existens in cauda cygni describit circulũ nostrũ boreum, et reliquae semp nobis apparent et nunquã occultantur

Haec figura Cygni appellatur á Tholemeo Ghallina

CEpheus a tergo minoris arcti conſtitutus includitur arctico circulo a pedibus ad pectus: ut præter humeros & caput eius nihil occidere uideatur: nec longe abeſt a flexu draconis: quem capite primũ efficere uidetur. Cepheus autem manibus utriſq; proiectis figuratur: tanto diſſidet interuallo a pedibus arcti minoris: quantum ſpacium inter pedes cephei uidetur. Huius caput Scorpione exorto occidere: cum Sagittario exoriri uidetur. Hic autem habet in capite ſtellas duas. In manu dextera unam. In cubito obſcuram unam. In ſiniſtra manu & in humero ſingulas. In dextero humero unam. In zona quæ medium eius diuidit corpus: tres ſtellæ claræ uidentur. In latere dextro obſcuram unã. In ſiniſtro genu duas. In utriſq; pedib⁹ ſingulæ. Supra pedes ſtellæ. iiii. Hic totus omnino ſtellarum numero. xi.

Gepheus



CAſſiopæia ſedens in ſiliquaſtro collocata eſt: cuius ſedilis : & ipſius caſſiopæiæ pedes poſiti in ipſa circunductione circuli: qui arcticos uocatur: effigies autem corporis ad æſtiuum circulũ peruenit: quã capite & dextera manu tangit. Hanc prope mediam diuidit circulus: is la/cteus appellatur proxime cephei ſignum collocatum. Hæc occidens cum ſcorpione capite: cum ſedili reſupino ferri perſpicitur. Exoriri autem cum ſagittario. Huius in capite ſtella oſtenditur una. In utroq; humero una. In mamilla dextra clara una. In lumbis magna una. In ſiniſtro femore duas. In genu una. In pede ipſius dextro una. In quadrato quo ſella deformatur una. In utriſq; ſingulæ claris cæteris lucẽtes. Hæc igiť eſt oĩno ſtellaꝝ. xiii.

Caſſiopæia



ANdromeda prope Caſſiopæiam ſupra caput Preſei breui interual-lo diſſidentę perſpicitur collocata: manibus diuerſis uincta: ut antiquis hiſtoriis eſt traditum: cuius caput equi Pegaſi uentri coniungitur. Eadem enim ſtella ut umbilicus Pegaſi & Andromedæ caput appellatur. Huius medium pectus: & manum ſiniſtram circulus æſtiuus diuidit Occidit autem cum piſce de duobus ſecũdo: quem Andromedæ ſubiectũ brachio ſupra diximus. Exoriente Libra: & Scorpione capite priuſq̃ reliquo corpore peruenit ad terram. Exoritur autem cum Piſcibus: & Ariete. Hæc ut ſupra diximus habet in capite ſtellam clare lucentem unam. In utroq; humero. i. In cubito dextro. i. In ipſa manu. i. In ſiniſtro cubito: uel in brachio unam. In manu alterã. In zona tres. Sup zonam quatuor. In utroq; genu unam. In pedibus autẽ binas. Ita omnino eſt ſtellaꝝ numerus. xxiii.

Andromeda



PErſeus. Huius ſiniſtrum crus: & humeꝝ leuũ: circulus æſtiuus a reli
quo corpe diuidit. Ipſe manu dextra arcticũ circulũ tangit: dextro
pede caput aurigæ ꝑmere uelut currẽs uidet. Idẽ occidens Sagitta/
rio: & Capricorno exorto inclinat ad caput uerſus: cum Ariete: & Tauro
rectus exorit. Habet autẽ in utroq; humero ſtellá uná. In manu dextra cla/
re lucentẽ unã: qua falcẽ tenere dicit: quo telo Gorgonã interfecit: In ſini/
ſtra alterá q̃ caput Gorgonis tenere exiſtimat. Habet ꝓterea in uentre ſtellã
uná. In lumbis alteram: in dextro femore uná. Ad genu in tibia unam. In
pede unam obſcuram. In ſiniſtro femore unam. In genu alteram. In tibia
duas. In ſiniſtra manu qđ Gorgonis caput uocatur ſtellas quattuor: om/
nino eſt ſtellaꝝ numerus .xvii. Caput eius & falx ſine siderib⁹ apparẽt. Hũc
Aratus cũ diceret inter ſidera cyconis me nõ figuratũ: acceperũt cõplures
eum puluerulẽtum dicere: quod minime cõuenit poſſe ĩter ſidera etiá pul/
uerulentum accipere. Quod ſi eſſet: dignior erat Orion cui idẽ aſcriberet.
Primũ ꝙ aſſidue eſt uenatus & ſemꝑ in terra fuit. Deniq; adhuc inter ſide/
ra uenari uidet. Perſeus aũt qui aſſidue uolabat: nõ põt puluerem habere.
Quid igit eſt cũ uellet Aratus eũ currẽtem obſcure ſignificare: uſus ætho/
loꝝ conſuetudine Aeconis menõ dixit: ætholi.n. cum uolunt aliquẽ decur
rere ſignificare ceconiſſe dicunt id: Quod Aratus uoluit demõſtrare: nõ ut
illũ uolãtẽ aſſidue puluerulẽtũ dicat. Quod a multis ꝑperá eſt ĩtellectum.

Perſeus.



HEniochus autem circulo æſtiuo gænuum fine præterea humero ſiniſtro uſq; ad zonam diuiditur ab eo:quem ſupra Lacteum orbem diximus:Huius dexter pes Tauri cornu ſiniſtro ſtella coniungitur: ideſt una manu ut lora tenens figuratur. Cuius in humero ſiniſtro capra: In manu autem duo hædi ſtellis formati dicuntur. Totus autem pedibus Perſei ſubiectus:caput habens contra urſæ maioris aſpectum. Hic occidere Sagittarii: & Capricorni exortu uidet̃. Exoriri aũt Ophiulco & Engonaſi occidēte. Habet præterea ſtellam unã in capite: In utroq; humero unã: ſed in ſiniſtro clariorem quæ uocatur capra. In utroq; cubito unã: In manu duas: quæ hædi appellantur ſtellis prope occidētibus formati. Ita omnino ſunt numero.xiiii.

Auriga.



OPhiulcus inclinatus a capite: ut qui reſupinari uidetur manibus anguem tenere figuratus eſt. Huius autem humeri ab æſtiuo circulo diuiduntur a reliquo corpore. Ipſe genuum fine ab æquinoctiali terminatur circulo. Pede ſiniſtro primens oculos: dextro autem teſtudini Scorpioni innixus. Anguis autem qui ab eo tenetur prope extremo ore coronam contingens medium precingit Ophiulcum: a cauda breuior: q̃ ſuperiore corpore qua manus ſiniſtra ipſius ſigni figuratur: ita tamen ut extrema cauda circulum æquinoctialem cum aquilæ cauda iungat. Occidens autem exortu geminorum Cancri: & Leonis peruenit ad terram. Exoriens autem cum Scorpione: & ſagittario apparet. Hic habet in capite ſtellam unam. In utroq; humero ſingulas: in ſiniſtra manu tres. In dextra manu quatuor. In lumbis duas. In utroq; genu ſingulas. In dextro crure unã: in utroq; pede ſingulas: ſed clariorem in dextro: itaq; eſt omnino ſtellarũ numerus.xxix. Anguis autem habet in ſummo capite ſtellas duas. Sub capite tres uno loco omnes. Ad manum ipſius Ophiulci ſiniſtram duas. Sed quæ maxime ad corpus eius accedit clariorẽ. Et in dorſo anguis ad ipſam corporis coniunctionem quinq;. Et in prima curuatura caudæ quatuor. In ſecunda caput uerſus habet ſtellas ſex. Ita eſt oĩno ſtellarũ numerus.xxii.


Serpentarius



SAgitta inter duos circulos æſtiuum & æquinoctialem ſigno Aquilæ ſuper poſita diuiditur ab eo circulo: q utroq; polo ſubiectus ad Cancrum: & Capricornum peruenit. Huius cacumen ad equi pedum regionem ſpectat. Altera pars ad humeros Ophiulci tēdit. Hæc occidit Virginis ortu. Oritur autem cum Scorpione. Habet omnino ſtellas quatuor: quarum una in principio materiæ: altera in medio; duæ reliquæ in eo loco quo ferrum ſolet affigi: diuerſe uidentur. ex 4 stellis


Hec stella exortu Virginis occidit, et cu Scorpione oritur:

Sagitta



AQuila ala dextra non multum extra circulum æquinoctialem pro dire: ſiniſtra autem non longe a capite Ophiulci figurata uidetur: Præterea roſtrum eius a reliquo corpore diuidit circulus quem ſu pra diximus a Cancro ad Capricornū peruenire. Media autem finitur ab eo: quem ſupra lacteum orbem demonſtrauimus eſſe. Hæc exorto leone oc cidit. Exoritur autem cum Capricorno habens in capite ſtellam unam. In utraqꝫ penna unam. In cauda unam. Itaqꝫ omnino ſunt. viiii.

Aquila.



Aquila habet in cauda stellā maxime virtutis ut habetur ab [illegible] Astronomus

DElphin nō longe ab Aquilæ ſigno figurat: in curuatione caudæ nouiſſimæ æquinoctialis circuli circunductione tangit: capite prope contingens equi pegaſi roſtrum. Hic exoritur cum Sagittarii poſteriore parte. Occidit autem cum Virgo exorta eſt a capite. Habet autem in capite ſtellas duas. Supra caput ad uerticem duas alias. Ad ea quæ in uētre uelut penne uidentur habet ſtellas tres. In ſcapulis unam. In cauda duas. Itaq; omnino ſunt ſtellæ numero decem.

Delphin.



Equus arcticum circulum ſpectans pedibus æſtiuo orbe niti: extremo ore caput delphini tangere uidetur: Aquarij manu dextrã ceruici ſua coniungens: & utriſqꝫ piſcibus clauſus quos in .xii. ſignis poſtea demonſtrabimus. Huius in ſtellis corpus apparet uſqꝫ ad umbilicũ deformatum. Qui occidit cum Piſce de duobus primo: qui ſupra tergum eius eſt fixus. Exoritur cum Aquario toto: & Piſce: cum quo occidit: & manu aquarii dextra. Hic habet in roſtro ſtellas duas obſcuras. In capite unã. In maxilla unam. In utriſqꝫ auribus ſingulas. In ceruicibus quatuor obſcuras: ſed maxime lucet quæ capiti proxima apparet. In humero claram unam. In pectore unam. In ſcapilio unam. In umbilico nouiſſimam unã: quæ Andromedæ uocat̃. In genibus utriſqꝫ ſingulas. In utriſqꝫ poblitibus ſingulas. Ita ſunt omnino numero .xviii.

Equus



DEltoton autem ut in triangulum deformatur: æquis quodámodo lateribus duobus: uno breuiore ſed ꝓpe æquali reliqꝫ. Inter æſtiuū & æquinoctialem circulum ſupra caput Arietis: non longe ab Andromedæ dextro crure: & Preſei manu ſiniſtra collocatum. Cum Ariete toto occidens. Exoriens autem cum eiuſdem dimidia priore parte. Habet autem ſtellam: in unoquoqꝫ angulo & una in medio baſis.

Triangulus



In nostro hemispherio boreali apparent nobis 21 Imagines s. [illegible] quas author enumeravit usqꝫ ad hanc,

NVnc protinus duodecim ſignorum figurationem dicemus. Quorum eſt princeps Aries in æquinoctiali circulo cōſiſtens: caput ad exortum habens euerſum. Occidens a primis pedibus: & exoriens: caput infra triangulum quod ſupra diximus tenens collocatum: pedibus prope contingens caput Piſtricis. Habet autem in capite ſtellam unam. In cornibus tres. In ceruice tres. In pede proprie de primis unam. Interſcapilio quattuor. In cauda unam: ſub uentre unam. In lumbis tres. In pede poſteriori unam. Quæ ſunt omnino numero. xiii.

Aries



TAurus ad exortum ſignorum dimidia parte collocatus: ut incipe/re genu ac defigere ad terram uidetur. Caput eodem habens at tē tum. Genua eius reliquo corpore diuidit circulus æquinoctialis. cornu ſiniſtro: ut ſupra diximus coniungitur cum ſiniſtro pede eius: qui Auriga appellatur. Inter huius finitionē corporis: & Arietis caudam ſtel/læ ſunt: quas Vergelias noſtri Græci autem Pleidas appellauerunt. Hic auerſus occidit: & exoritur. Habet in cornibus ſingulas ſtellas: ſed in ſini/ſtro clariorē. Vtriſq; oculis ſingulas. In fronte media unam. Ex quibus locis cornua naſcuntur ſingulas: quæ ſeptem ſtellæ haydes nuncupantur. Et ſi nōnulli quas duas diximus nouiſſimas ſtellas negauerint eſſe: ut omni/no hyades eſſent qnq;. Præterea in ſiniſtro genu priore habet ſtellam unā. Et ſuper ungulam unam. In dextro genu unam: & interſcapilio tres: no/uiſſimam earum cæteris clariorem. In pectore unam. Quæ ſunt omnino præter uergilias. xxxiii.

Taurus




GEmini ab Aurigæ parte dextra ſupra Orionem collocati uidentur: ita tamen: ut Orion inter Taurum: & Geminos ſit conſtitutus: capita eorum diuiduntur a reliquo corpore: circulo eo: qui æſtiuum diffinire ſupra eſt dictus. Ita ut complexa corpora inter ſe tenentes. Occidant directi a pedibus. Exoriuntur autem inclinati: ut iacentes. Sed is: qui Cancro eſt proximus: habet in capite ſtellam unam claram. In utriſq; humeris ſingulas claras. In dextro cubito unam. In genibus utriſq; ſingulas. In pedibus utriſq; ſingulas. Alter autem in capite unam. In ſiniſtro humero unam. In dextro alteram. In utriſq; manibus ſingulas. In dextro genu unam. In ſiniſtro genu alterã. In pedibus utriſq; ſingulas & infra ſiniſtrũ pedem unam quæ tropus appellatur: & ſunt. xviii.

Gemini



CAncer. Hunc medium diuidit circulus æſtiuus ad Leonis exortus ſpectantem: paululum ſupra caput hydre collocatum. Occidentē: & exorientem poſteriore corporis parte. Hic autem habet in ipſa teſta ſtellas duas: quæ aſini uocantur: de quibus ante diximus. In pedibus dextris ſingulas obſcuras. In ſiniſtro pede primo duas. In ſecūdo duas obſcuras. In tertio unam. In quarto primo unam obſcuram. In ore unam In ea quæ chela dexterior dicitur tres ſimiles: non grandes. In ſiniſtra ſimiles duas. Et ita eſt omnino ſtellarum numerus. ix.

Gancer



LEo ſpectans ad occaſum ſupra corpus hydræ a capite: qua Cancer inſtat: uſq; ad mediam partem eius conſtitutus medius æſtiuo circulo diuiditur: ut ſub ipſo orbe priores pedes habeat collocatos. Occidens a capite: & exoriēs. Hic habet in capite ſtellas tres. In ceruicibus duas in pectore unam. Interſcapilio tres. In media cauda unam. In extrema alteram magnam. Sub pectore duas. In pede priore unam claram. In uentre claram unam. Et infra alteram magnam unam. In lumbis unam. In poſteriore genu unam. In pede poſteriore claram unam. Et ita eſt omnino numerus ſtellarum. xxvii.

Leo




VIrgo infra pedes Boetis collocata: capite poſteriorem partem Leonis: dextra manu circulum æſtiualem tangit: ac inferiorem partem corporis: ſupra Coruum: & Hydræ caudam habere ꝑſpicitur. Occidens capite priuſq̃ reliquis membris. Huius in capite eſt ſtella una obſcura. In utriſqꝫ humeris ſingulæ. In utriſqꝫ pennis binæ: quarum una ſtella quæ eſt in dextra penna ad humerum defixa protrigot uocatur. Præterea habet in utriſqꝫ manibus ſingulas ſtellas: quarũ una: quæ eſt in dextra manu: maior: & clarior conſpicit̃. In ueſte autẽ habet paſſim diſpoſitas ſtellas ſeptẽ. In utriſqꝫ pedibus ſingulas. Omnino ſtellarum numerus. xxvi.

Virgo




SCorpii prior pars quæ Chele dicitur ita premitur ab æquinoctiali circulo: ut eum ſuſtinere uideatur. Ipſe autem pedibus ophiulci de quo ſupra diximus ſubditus extrema cauda circulum hyemalē cō/tingere uidetur. Neq; longe eſt ab eo: quod ꝑ hoſtia Centaurus ferre pro/ſpicitur. Occidit autem inclinato capite: exoritur erectus a chelis. Hic ha/bet ſtellas in his quæ chele dicuntur in unaquaq; earum binas: ex quibus primæ ſunt clariores. Præterea habet in fronte ſtellas tres: quarum media eſt clariſſima. Interſcapilio tres. In uentre duas. In cauda quinq;. In acumi ne ipſo quo percutere exiſtimatur duas. Omnino ſtellarum .xxi.



SAgittarius aũt ſpectans ad occaſum: Centuari corpore figurat̃ uelut mittere ſagittas: incipiens a pedibus uſq; ad humeros. In hyemali circulo collocatus ita: ut caput eius ſolum extra eum circulũ: quem ſupra diximus apparere uideatur: cuius arcus lacteo circulo medius diuiditur: ante pedes eius eſt quædam corona ſtellis effecta: de qua prius diximus. Hic preceps occidit. Exoritur directus. Habet autem in capite ſtellas duas. In arcu duas. In ſagitta unam. In dextro cubito unã. In manu priori unam. In uentre unam. Interſcapilio duas. In cauda unam. In priori genu unam. In pede unam. In inferiori genu unam. In pollice unam. Omnino eſt ſtellarum quindecim. Corona autem Centauri eſt ſtellarum. xxxi.

Sagittarius



h

CApricornus ad occaſum ſpectans: & totus in zodiaco circulo de/formatus: cauda: & toto corpore medius diuiditur ad hyemali cir/culo; ſuppoſitus Aquarii manui ſiniſtræ: occidit autē preceps: exo/ritur autem directus. Sed habet ſtellam in naſo unam. Infra ceruicē unā. In pectore duas. In priore pede unam. In priore eodem alteram. Interſca/pilio habet ſtellas ſeptem. In uentre ſeptem. In cauda duas. Et eſt omnino ſtellarum. xxviii.

Capricornus



AQuarius habet pedes in hyemali circulo fixos: manum autem ſiniſtram uſq; ad Capricorni porrigens tergum dextram iubæ pegaſi prope contingens: ſpectat ad exortum: qui cum ita ſit figuratus: neceſſe eſt eum corpore prope reſupinato uideri. Effuſio aquæ peruenit ad eũ piſcem qui ſolitarius figuratur: de quo poſterius dicemus. Sed Aquarius & occidit: & exoritur capite priuſq̃ reliquis membris. Hic habet in capite ſtellas duas obſcuras. In utriſq; humeris ſingulas magnas. In ſiniſtro cubito unam grandem. In manu priori unam. In utriſq; mãmis ſingulas obſcuras. In lumbo interiore unã. In utriſq; genibus ſingulas. In dextro crure unam. In utriſq; pedibus ſingulas. Omnino eſt ſtellarũ quatuordecim. Effuſio aquæ cum Aquario ipſo eſt ſtellarum .xlii. Sed in his omnibus prima: & nouiſſima clara.

Aquarius




PIſces. Horum alter Notus: alter Boreus appellatur. Ideo ꝙ unus
eorum: qui Boreus dicit̃ inter æquinoctialem & æſtiuũ circulũ ſub
Andromedæ brachio collocatus: & arcticũ polum ſpectans conſti
tuitur: alter autem eſt in zodiaco circulo extremo ſub ſcapulis equi: non lõ
ge ab æquinoctiali circulo collocatus ſpectans ad occaſum. Hi piſces qui/
buſdam ſtellis ut lineola ab arietis pede primo coniunguntur: quorum in
ferior ante occidere: & exoriri uidetur. Habet autem ſtellas xxxii. Et Boreus
omnino duodecim. Coniunctio eorum habet ad aquilonem ſpectans ſtel
las tres: ad alteram partem tres. Ad exortum tres. In cõmiſſura tres. omni/
no duodecim. Horum coniunctionem: quæ a pede arietis primo notatur
aratus græce. Cicero nodum cœleſtem dicit: qui utrunqꝫ uo
lunt ſignificare: eum nodum non ſolum piſcium: ſed etiam totius ſphæræ
eſſe: quo enim loco eſt circulus ab arietis pede Meſembrinos dicit̃: qui me/
ridem ſignificet: & quo loco is circulus Meſembrinos coniungitur. & trã/
ſit æquinoctialẽ circulũ: in ipſa cõjunctione circuloꝝ nodus piſciũ ſignifi/
cat̃: quia eũ non modo nodũ piſciũ ſed ẽt cœleſtiũ nodum appellauerunt.

Piſces




PIſtrix a media cauda diuiditur ab hyemali circulo ſpectans ad exortum: roſtro prope poſteriorem arietis pedem iungens: huius priorem partem corporis: quæ ſpectat ad exortum ꝓpe alluere flumen Eridani uidetur. Hæc cadit exorto Cancro: & Leone: exoritur autem cum Centauro: & Geminis: ſed habet in extrema cauda ſtellas duas obſcuras. Ab eo loco uſq; ad reliqui corporis curuaturam quinq;. Sub uentre ſex. Omnino ſunt. xxii.

Cetus




ERidanus a ſiniſtro pede profectus Orionis:& perueniens uſq; ad pi- ſtricem:rurſus diffunditur uſq; ad leporis pedes:& protinus ad Antarcticum tendit circulum. Huius figurationem circulus hyemalis diuidit ab eo loco:quo prope coniungitur ceto. Hic Scorpione & Sagittario exorto occidere. Exoriri autem cum Geminis:& Cancro uidetur. Habet autem ſtellas in prima curuatura tres. In ſecunda tres. Item in tertia uſq; ad nouiſſimam ſeptem. Omnino eſt ſtellarum numero.xxxiiii.

Eridanus



LEpus autem infra ſiniſtrum pedem Orionis per hyemalem circulũ fugiens:ab eo inferiore parte corporis diuiſum. Occidit ſagittario exorto:oritur cum Leone. Habet autem ſtellas in utriſq; auribus ſingulas. In corpore paſſim diſpoſitas duas. In pedibus prioribus ſingulas. Et ita eſt omnino ſtellarum.xix.

Lepus




ORion.Hunc a zona & reliquo corpore æquinoctialis circulus diui
dit cum Tauro decertantem collocatum:dextra manu clauam te/
nentem:& incinctum enſe:ſpectantem ad occaſum: & occidentē
exorta Scorpionis poſteriore parte: & Sagittario exoriente: cum Cancro
autem toto corpore pariter exurgentem.Hic habet in capite ſtellas tres cla
ras. In utriſq; humeris ſingulas. In cubito dextro obſcuram unam. In ma
nu ſimilem unam. In zona tres. In eo quo gladius eius deformat tres ob/
ſcuras. In utriſq; genibus ſingulas claras. In pedibus ſingulas obſcuras.
Omnino ſunt.xxxviii.

Orion



CAnis leporem fugientem cōſequens poſterioribus pedibus diuidit ab hyemali circulo: pedem dextrum Orionis pene ſuo capite con-iungens: capite ad oceaſum ſpectans: ſed caput ad æquinoctialem circulum tendit. Occidit oriente ſagittario: exoriens autem cū cancro. Hic canis habet in lingua ſtellam unam: quæ canis appellatur. In capite autē alteram: quam nonnulli ſyrion appellant: de quo primum diximus. Præ-terea habet in utriſq; auribus obſcuras ſingulas. In pectore duas. In pede priore tres. Interſcapilio tres. In ſiniſtro lūbo unā. In pede poſteriore unā; In pede dextro unam. In cauda quattuor. Omnio ſunt. 18.

Canis Maior.




PRocyon.Hic in lacteo circulo defixis pedibus æquinoctialem cir/
culum tangit.Spectat ad occaſum ut inter geminos : & cancrum
conſtitutus : qui ꝙ ante maiorem canem exoritur procyon eſt ap/
pellatus.Hic autem occidit exortu capricorni:exoritur cum leone:& habet
unam ſtellam in capite:& aliam in pectore.In lumbo unam:Sed eſt omni
no ſtellarum numerus.ii.

Canis Minor



ARgo. Huius puppis hyemalem circulum & maioris canis caudã contingens inferiore parte: nouiſſime nauis inclinata Antarcticũ circulum tangit. Occidens Sagittario: & capricorno exorto ut in mari collocata exoriens cum uirgine: & chelis. Hæc habet in puppi ad ſingula gubernacula: ad primum ſtellas quinqꝫ. Ad alteram quatuor. Circũ carinam quinqꝫ: & ſub reiectum quinqꝫ. Ad malum quatuor. Ita tota eſt ſtellarum. xlv. Quæ quare non ſit tota in mũdo collocata: prius diximus.

Nauis




CEntaurus. Hic ita figurat̃: ut in antarctico circulo niti pedibus: humeris hyemalem ſuſtinere uideatur: capite prope caudã hydræ cõiungens: hoſtiã dexra manu tenens ſupinã. quæ pedibus: & extremo ore circulum hyemalem tangit inter eum & antarcticum orbẽ collocatã. Cẽtauri aũt crura a reliquo corpe diuidit circulus: q lacteus appellatur. Hic ſpectans ad ortus ſignoꝝ: totus occidit aquario & piſcibus exortis. Exorit̃ aũt eſt ſcorpione & ſagittario. Habet aũt ſtellas ſupra caput tres obſcuras. In utriſq; humeris ſingulas claras. In cubito ſiniſtro unã. In manu unam. In medio pectore equino unam. In prioribus poblitibus utriſq; ſingulas. Interſcapilio quattuor. In uentre duas claras. In cauda tres. In lũbo equino unam. In genibns poſterioribus ſingulas. In poblitibus ſingulas. Omnino ſunt. xxiiii. Hoſtia autem habet in cauda duas. In pede de poſterioribus primo unam. In utriſq; pedibus unam. Interſcapilio unam claram: & in priore parte pedum unam Infra alteram. In capite tres diſpoſitas. Omnino ſunt numero, xxxvii.

Phyllirides.



ARa antarcticum circulum prope tangẽs: inter hoſtiæ caput & ſcorpionis caudam extremam collocatur. Occidens arietis exortu: exoriens cum capricorno. Hæc habet in ſummo cacumine circuli: ubi formatur: ſtellas duas: & in imo alteras. Et ita eſt omnino ſtellarum .vii.



HYdra trium ſignorum longitudinem occupans cancri: leonis & uirginis: inter æquinoctialem circulum & hyemalem collocatur. Ita tamen ut caput eius contendens ad ſignum id: quod procyon uocatur: & totius hydræ proprie quarta pars inter æſtiuum & æquinoctialem circulum uideatur. Cauda autem extrema pene centauri caput tegẽs: ſuſtinet in dorſo Coruum roſtro corpus eius tangentem: & toto corpore ad craterem tendentem: qui ſatis longo diſcidente interuallo prope inter leonem: & uirginem conſtitutus uidetur inclinatior ad caput hydræ: quæ occidit aquario: & piſcibus exortis. Oritur autem cũ his ſignis: de quibus ſupra diximus. Habet autem in capite ſtellas tres. In prima capitis curuatura ſex: ſed earum nouiſſimam claram. In ſecunda curuatura tres. In tertia quatuor. In quarta duas. In q̄ta uſq; ad caudam octo: omnes obſcuras. Ita fiunt numero. xxvi. Coruus autem habet in gutture ſtellam unan. In pennis duas. Infra pennam caudam uerſus duas. In utriſq; pedibus ſingulas: omnino ſunt ſeptem. Supra primam hydræ curuaturã crater poſitus habet in labris ſtellas duas. Infra autem anſas duas obſcuras. In medio cratere duas: ad fundum duas. Omnino ſunt. xl.

Hydra



PIſcis autem qui notus dicitur inter hyemalem:& Antarcticum circulum media regione collocatus ſpectare ad exortum uidetur inter capricornum:& aquarium ore excipiens aquam;quæ funditur ab aquario.Hic occidit oriente Cancro.Exoritur autem cum piſcibus.Sed eſt ſtellarum omnino.xi.

Piſcis



Quę ad figurationem ſiderum pertinent:ad hunc finem nobis erũt di/
cta.Reliqua protinus dicemus.

Clariſſimi uiri Higinii de quinq; circulorum inter corpora cæleſtia no/
tatione & planetis.Liber quartus & ultimus.

QVoniam in initio ſphæræ circuli quinq; quo efficerẽtur
oſtẽdim⁹ neq; eos corpore ſiderũ innotauim⁹: & ſi duo
nouiſſimi nihil ad ſolis curſum ptinẽt:hoc eſt arcticos
& antarcticos de mediis dicem⁹.iiii.Sed qm̃ arat⁹ q̃ttuor
circulis ſpærã plurimũ ualere dicit:neq; eoꝝ apte quẽ/
q̃ demonſtrat: uoluntatem noſtram apertius oſtende/
mus. Et quemadmodum in initio fecimus a boreo po/
lo ſumemus exordium.

IGitur æſtiuum circulũ unũ de q̃ttuor eſſe dicemus:qui therinos tro/
picos uocatur:quo circulo æſtatẽ confici demonſtrauimus:& ſi nõ
nemo dubitat:q̃re nõ utriq; circuli hoc ẽ æſtiuus:& hyemalis uno
nomine appellentur:ideo ꝙ quẽ nos æſtiuum diximus nõnullis hyema/
lis fiat:& quo circulo hyemẽ ꝯfici diximus:eo circulo aliis æſtas fit. Quod
ſi uoluerint intelligere id ad noſtras collationes mundi eſſe demonſtratũ:
qui inter eſtiuum circulum:& arcticũ ſumus conſtituti nõ ad illorũ ſphæ/
ram:q ab hyemali circulo antarcticũ habitãtes nobis antipodes dicunt:
facilius ad noſtram acceſſerit uoluntatem, Si quis enim uoluerit eorum:
quos antipodas diximus:qui inferiore a nobis circulo conſtituti uidẽtur
ſphærã facere:nõ imerito noſtrũ hyemalem ſibi æſtiuũ circulum finxerit:
Aut ſi quis ſcriptorũ eoꝝ mẽtionem faciens obſcure uoluerit antipodas
demonſtrare:& dixerit quibus in Capricorno æſtas ſumma:aut in Cãcro
hyems maxima fiat:non imperita rõne acutiſſime dixiſſe uidebit. Quod/
cũq; enim noſtris circulis contrarium dixerit:id illis erit rectum.Sed ne lõ/
giore ſermone præter cõſuetudinem utamur:ad incæptũ reuertamur.

IN æſtiuo circulo de quo primum dicere inſtituimus hæc ſigna ſiue
partes eoꝝ pſpiciunt.Capita geminoꝝ aurigæ genu utrunq;:uel ſi
niſtrum Perſei crus:& humerus ſiniſter.Andromeda aũt a pectore
ſed manu ſiniſtra diuiditur.Atq; ita euenit ut caput eius cum toto pectore:
& manu dextra uideatur eſſe:inter æſtiuum:& æquinoctialem circulum:re
liquum autem inter æſtiuum:& arcticum finem.Præterea in eodem æſtiuo
circulo:pedes equi pegaſi uident poſiti:& caput a reliquo corpore diuidit
oloris:& alæ ſiniſtrioris:ut uolantis pars non magna. Ophiulcus hume/
ris:ut circulum ſuſtinere uidetur. Virgo prope hunc cõtingẽs a capite. In/
ter hũc æquinoctialem circulos collocata eſt ut fulgens ad auſtrum. Leo a
pectore ad lumbos diuidit:ut caput eius:& corpis ſuperiora crurib⁹ pars:
inter hunc & arcticũ circulum uideatur. Inferior aũt pars inter æſtiuum

& æquinoctialem circulum. Cancer aſt ſic diuiditur medius: ut inter duos
oculos eius: circulus traiectus exiſtimetur. In his ſignis: & hoc: (ut ante di
ximus) circulo cum uehitur ſol: euenit nobis: qui hac inclinatione mundi
utimur: ut ſint diei de partibus octo partes.v. Noctis autem tres. Neq; ita
tamen ut ex horologiis: ſed ex ſpæræ ratione. Cum enim ſphæram ita con
ſtitueris: ut circulus is: qui arcticus uocatur: ſemper apppareat. Nunquam
autem antarcticus exoriatur: atq; ita ſphæra eſt conſtituta: ſi uoles circulũ
æſtiuum diuidere in partes octo: ex his inuenies partes.v. in ſphæra appa-
rere: tres autem infra tanquam ſub terra eſſe. At aliquis dixerit: cur ſphæræ
circulos diuidamus in partes octo potius: q̃ duodecim: aut quot libuerit
alias partes: hic non ſphæram: ſed ſe fallere hac ratione inuenietur porro
arbitror. Si enim ita fecerit ex æſtiuo circulo partes.xii. ex his partes.vii. & di
midium partis apparere: quattuor autem: & dimidium ſub terra inueniet
eſſe. Itaq; euenit ut cum ad octo partes addita dimidia ſit: ſimili ratiõe ad
partes quattuor: accedat pars dimidia: & fiant ſupra terram partes ſeptem:
& dimidium partis. Reliquum autem ſub terra: quod eſt partes quattuor:
& dimidiũ. Igitur oportet intelligere: ut nõ in minutis partibus: & dimidiis
fiat: ſed certis numeris conficiatur: ut euenit in partibus octo. Præterea qm̃
ſphæra diuiſa in partes.xxx. euenit: ut ab æſtiuo ad hyemalem ſint partes
octo: nimirum certe eos circulos diuidemus in partes octo. Præterea quo-
niam ab æſtiuo circulo ad æquinoctialem ſunt partes quattuor de.xxx. Et
rurſus ab æquinoctiali circulo ad hyemalem de partibus.xxx. partes.iiii. &
ita nihilominus æquinoctialis ipſe per ſe circulus medius diuiditur: ut di-
midia pars eius ſit ſub terra de partibus octo: partes quattuor: & totidem
ſupra: & tota ratio ad octauam partem perueniat: non dubium eſt: quin re
cte diuidatur in partes octo. Præterea cum ſol per hos circulos currens iter
annum conficere uideatur: & ab omnium ſignorum octaua parte: ut po-
ſterius dicemus: incipiat exoriri: ut ad aliud ſignum tranſire: neq; ulla alia
parte ſigni utatur recte: ipſi quinq; circuli diuiduntur in partes octo. Præte
rea cum ſeptem ſidera ad eundem ſtatum reuertantur: quibuſdam placuit
ut huiuſmodi dies hodiernus fuerit in ſolis aut lunæ tempeſtate: eiuſdem
modi octauo anno ſit futurus: uere ſphæra quoq; diuidetur in partes octo.
Præterea cum uideamus octauo quoq; die eiuſdem ſideris horam, primã:
aut quamlibet deniq; eſſe ut cuius hodie fuerit hora prima eiuſdem octa-
uam quoq; futuram: ueriſſimum eſt ipſam quoq; ſphæram unde horæ ſu-
muntur diuidi in partes octo. Sed ne reliqua prætermittamus in hoc oc-
cupati: ad propoſitum reuertamur.

SEcundus ab æſtiuo æquinoctialis eſt circulus: in quo Hæc ſigna:
& partes eorum perſpici poſſunt. Aries totus omnibus pedibus:

Innixus uidet̃. Hunc autem Aratus omnium ſiderũ celerrimum eſſe demõſtrat etiam minorem arcto: quæ breui ſpacio uertitur præſtare id: quod uelit eſſe ſic poterimus uel facillime intelligere. Cum ſit enim maximus circulus æquinoctialis in ſpæras in eoq; aries ut affixus uideatur: quomodocunq; fuerint figuræ corporum collocatæ: ut ad eundem circulum perueniant neceſſe eſt ſemel uerti ſpæram. Quo cum fiat: & aries in maximo circulo: & eodem tempore ad locum: quo ſidera reliqua perueniant: neceſſe eſt eum celerrimum dici: ſed nos ad circuli effectionem ueniemus, & reliqua dicemus in eodem: tauri genua ut fixa perſpiciuntur: & ſi nõnulli ita finxere: ut uno genu hoc eſt dextro nixus: ſiniſtro prope pede contigere uideatur. De hoc in medio relinquemus. Sed in eodem circulo. zona Orionis ut ipſo circulo præcinctus exiſtimetur. Hydra flexu a capite primo ut ceruicibus erectis cancrum contingere uideatur. & ex inferiore corpore hydræ crater cũ coruo uelut fixus eſſe circulo conſpicitur. Item paucæ ſtellæ chelarum: eodem adiunguntur Ophiulci genua eodem circulo a reliquo diuiduntur. Aquila ſiniſteriore penna pene eum contingens figurata eſt. Eodemq; circulo caput pegaſi cum ceruicibus nititur. His corporibus ſignorum æquinoctialis circulus finitur. Quo ſol cum peruenerit bis uno anno conficitur æquinoctium: hoc eſt in ariete. & chelis: In hac enim parte ſpære & uer: & autumnus confici exiſtimatur. Ita ut uer ſit in ariete: autumnus in priore parte ſcorpionis. Quod ſignum nonnulli libram dixerunt: per hunc circulum tranſiens ſol ab ariete ad chelas: efficit ſex menſium diem his locis: qui intra arcticum uidentur orbem. Noctem autem his: qui antarctico circulo ſunt clauſi. Quare magis his locis nemo põt durare. Et rurſus ab autumno uſq; ad Ver: hoc eſt a chelis uſq; ad arietem perueniens efficit his locis ſex menſibus perpetuis diem: in quibus ante noctem demõſtrauim⁹. Ecõtrario autem noctem his: qui boreo polo ſunt proximi. Sed de hoc ante diximus. Neq; enim mirum eſt hac collatione ſphæræ id euenire. Erecto enim boreo polo neq; unq̃ occidente euenit: ut corpora quæq;: quæ ei proxima ſunt circulo ſeno occidere uideantur. Id ex hoc intelligere licebit. Cũ in his partibus ſpæræ habitetur: quæ pars eſt ab æſtiuo circulo ad orbem: qui arcticos uocatur. & de arctico circulo hoc eſt de duabus urſis: & dracone caput draconis maxime niti ipſo circulo uideatur: ita ut his: qui engonaſin uocat̃ inter æſtiuũ: & arcticum locatus: caput draconis premere itelligat̃: qcũq; ut ante diximus ad ipſum caput draconis habitãt: ita lõgo die utunt̃ ut eis ne iiii. qdẽ horæ p̃s ĩ unaq̃q; nocte his obtĩgat. Itaq; Aratus ait.

Item Cicero dicit:quod caput hic paulum ſeſe ſubitoq; recōdit:ortus ubi:
atq; obitus parte admiſcentur in una . De hoc Homerus quoq; in odiſſea
ita breuem noctem eſſe dicit:ut paſtores cum alii exigant:alii reducant pe-
cus:poſſit alius alium audire:cum unus ꝓpter noctem pecus reducat: al-
ter propter lucem exigat:ſed nos ad propoſitum reuertamur.

TErtius ab æſtiuo circulo:qui hyemalis uocatur: his corporibus:&
eorum partibus finitur. Nam medium Capricornum diuidens:&
pedes Aquarii:per caudam piſtricis: ut traiectus uidetur. Diuidit
etiam leporem fugientem a cruribus:& quadam parte corporis:& canis ſe
quentis pedes:& nauis ipſius puppim: Centauriq; ceruices a reliquo cor-
pore diuidit. Scorpionis extrema cauda:q; acumen uocatur:eodem circu-
lo coniungitur. Sagittarii arcus eodem orbe deformatur. Huius orbis in-
fra terram ſunt de partibus octo: partes quinq; ſupra terram autem tres.
Itaq; fit breuior dies nocte ut ante demonſtrauimus.

QVartum circulum zodiacum eſſe Aratus demonſtrat:de quo ante
diximus:& poſterius dicemus. Sed Aratus non:ut reliqui aſtrolo-
gi ab Ariete duodecim ſigna demonſtrat: hoc eſt uere incipiente:
ſed a Cancro hoc eſt ipſa æſtate. Nos autem (quoniā ab ariete incipimus)
ita protinus dicemus. In hoc enim circulo ſic duodecim ſigna figurantur:
Aries:Taurus:Gemini. In his tribus ſignis uer demonſtratur:& æquino-
ctium uernum. Cancer:Leo: Virgo. In hic ſignis maxime æſtas cōficitur.
Sed ſol incipit a Virgine iam tranſire: ad æquinoctium autūnale Chelæ:
Scorpius:Sagittarius. In his tribus ſignis autumnus efficitur: & æquino-
ctium autumnale Capricornus:Aquarius: Piſces. In his tribus ſignis ſol
hyemem conficere demōſtratur. Et ſi nulla ſunt ſigna.xii. ſed.xi. ideo quod
Scorpio magnitudine ſui corporis duorum locum occupat ſignorum. E
quibus prior pars chelæ:reliqua autem Scorpio uocat̃. Priores enim aſtro
logi cum omnes res ad.xii.partes reuocatur:ut menſes:& horas: & latitu-
dinem ſignorum. Itaq; & ſigna: per quæ res omnes ſignificant̃ duodecim
uoluerunt eſſe.

SEd quoniam ſeptem circulis in prohemio propoſitis:de quattuor
circulis mentionem fecimus:ne ſeptem ex ordine demonſtratis:ali
quid a nobis obſcurius dictum uideatur de ſeptem ſuperant.iii.ar-
cticos:antarcticos:& ille: qui Lacteus uocatur. Itaq; de his dicere incipie-
mus. Arcticon igitur orbem ſuſtinet caput draconis cum reliqua corpo-
ris pte. Cepheus aūt pectore ſuo circulū iungit:eodē orbe nitunt̃. & pedes
maioris Vrſæ. Prætereа ſedile caſſiopeiæ cū pedibus eius nitit̃ ipſi circulo:

& de deſtro pede:genuq; ſiniſtro:& pedis prioribus digitis eius:qui engo/
naſin uocatur:& manus ſiniſtra boetis exteriori parte circuli peruenit con
iuncta. Ad antarcticon autem circulum peruenit extrema nauis Argo: &
deſq; Centauri poſteriores adiunguntur. Priores autem prope cõtingere.
Et ara uidetur prope affixa. Eridaniq; fluminis extrema ſignificatio.

RELiquum eſt nobis diffinire quem ſupra Lacteum orbem demon/
ſtrauimus. Ipſe enim diuidit Oloris extremam ſiniſtram pennam:
quæ extra æſtiuum peruenit finem. Præterea tranſit manum dextrã
Perſei:& ab humero ſiniſtro Aurigæ perueniens ſub manum eius dextrã.
Et geminorum genua & pedes eius ſigni:quod procyon uocatur. Hic diui/
dens æquinoctialem:& eſtiuum circulum:tãgit extremum finem mali:qui
in argo naue defixus uidetur. Deinde rurſus reuertens genua Centauri di/
uidit a reliquo corpore:& extremam caudam terminat Scorpionis:& ar/
cum medium Sagittarii: & aquilæ dimidiã partẽ per eius trãſiens pennas

QVoniam de hiſce rebus expoſuimus ordine: mundi rationem: &
quemadmodum moueatur protinus dicemus:& in duodecim ſi/
gnorum exortu:quæ deinde corpora conſequantur:& quæ perue/
niant ad occaſum. Conuenit nobis mundum ab exortu ad occaſum con/
uerti. Ideo q; uidemus ſtellas exorientes ad occidentem conuerti. Sic enim
primum poterimus ſcire:quid ſit exortus:& qui occaſus. Si quis enim no/
ſtrum aliquis aſtiterit contra exorientem ſolem: neceſſe eſt arctos a nobis
a ſiniſtris partibus eſſe. Cum id ita fiat:illud quoq; neceſſe eſt: ut omnia e
dextris partibus exorta:in ſiniſtris occidere uideantur: de quo & ante dixi/
mus. Igitur cum uideamus ſtellas exoriri: & occidere: neceſſe eſt mundum
quoq; cum ſtellis uerti. Sed nonnulli aiunt nihilominus id euenire poſſe:
ut ſi ſtante mundo ſtellæ exoriantur:& occidant:quod fieri non poteſt. Si
enim ſtellæ uagæ feruntur:neq; mundus ipſe uoluitur:non poſſunt corpo
ra ſtellis figurata incolumia:& certa permanere. Illud enim uidemus in to
to mundo ſtellas erraticas eſſe. v. neq; horum curſum quemquam poſſe dif
finire. Aratum ipſum quoq; negare ſe difficiles eorum curſus interpretari
poſſe. Quomodo igitur cum quinq; ſtellas nemo poſſit obſeruare:tot mi/
lia quiſquam poſſet peruidere:niſi qui permittat hoc:curſus ſtellarum poſ/
ſe eſſe:& nihilominus figuras corporum permanere: quod ſi non eſt: tota
ſphæra ad irritum reuocabitur. Quicunq; enim ſphæram fecerit: non po/
terit efficere:ut ſphæra ſtante nihilominus ſtellæ uerſentur. Illud etiam ui/
demus in extrema cauda draconis ſtellam eſſe:quæ in ſe uertatur:& in eo/
dẽ loco cõſtet. Quod ſi omnes ſtellæ uagæ ferunt:hanc quoq; loco moue/

ri neceſſe eſt:quod non euenit.Igitur neceſſe eſt mundum quoq;: non ſtel/
las uerti.Quoniam oſtendimus mũdum cum ſtellis q̃ potius ſtellas per ſe
uerti:nunc reliqua dicemus.

CVm enim traditum ſit nobis prius noctem:q̃ diem fieri: noctem
dicemus umbram terræ eſſe:eamq; obſtare lumini ſolis.Et ſi nõnul
li dixerunt in ſolis curſu euenire:ut cum peruenerit ad eum locum:
ubi occidere dicatur: ibi montium magnitudinem a nobis lumen auerti
ſolis:& ita noctem uideri.Quod ſi ita ſit:nimirũ eclypſin ſolis uerius:q̃ no/
ctem dixerimus.Sed aliter eſſe ex ipſa ſphæra licebit intelligere.

ORizon enim diuidens ea: quæ uidentur: & quæ non apparent.Ita
diffinit ſphæram:ut ſemper ſex ſigna de duodecim in Hemiſphæ/
rio uideant̃ ſupra terram.Sex aũt ſigna ſint infra ſub terra.Igitur cũ
in uno eorum ſol nixus ferri uideatur:ab eo circulo:qui orizõ uocatur exo/
ritur.Itaq; incipit lucere.Cũq; nihilominus ipſe mundus uertatur cum re
liquis ſignis.Sed quo facilius intelligatur:ponamus ſolem eſſe in Ariete:a
quo duodecim ſigna inſtituimꝰ numerare.Igitur cum ſol ſit in Ariete exo/
riente:dies eſt:qui cum uertente ſe mundo peruenit ad eum circulum: qui
menſembrinos uocatur:efficit diei partem dimidiam.Sed ſic etiam facilius
intelligitur: & rurſus ab eodem Ariete incipiemus.Cum aries eſt exortus:
præter eum ſigna ſunt in ſuperiore Hemiſphærio.Piſces:Aquarius: Capri/
cornus:Sagittarius:Scorpio.Horum cũ tria ſigna occiderint:hoc eſt Scor
pius:Sagittarius: Capricornus:exorta ſunt tria quæ Arietem ſequuntur:
hoc eſt Taurus:Gemini:Cancer.Tum fieri dimidiũ diem neceſſe eſt:& arie
tem peruenire ad eum:quem menſembrium eſſe circulum ſupra diximus
Cum autem cum reliquis ſignis ipſe aries occidit:& exortus eſt Leo: Vir/
go:tum chelæ exoriuntur:& in ſuperiore hemiſphærio ariete occidente ue
huntur.Quæ cum occiderint:rurſus aries exortus efficiet lucem.Sed ne in
dubium ueniat:cum ariete occidente dixerimus chelas exoriri: quid de reli
quis ſignis ſine ſphæra poſſet intelligi:ſic inuenietur.In quocũq; ſigno ſol
fuerit exoriens quodcũq; ab eo ſigno ſeptimo loco fuerit: id noctu primũ
exorietur:& ita conficiet curſum:Mundus enim ipſe ſemel in die: ac nocte
uerti uidetur.Itaq; euenit:ut ipſa ſigna.xii.ſemel in die ac nocte uideri poſ/
ſint.Sed ne ſolis curſus:de quibus poſtea ſumus dicturi:potius:q̃ quod an
te cæpimus:enumeremus:ad incæptum reuertemur.Diximus enim prin/
cipium mundi eſſe noctem:deinde diem.Inter noctem:& diem præter um
bram terre nihil intereſſe arbitramur.Sed quoniã ſignorum ſupra:& cor
porum exortus inſtituimus ad hoc perueniemus.

I Gitur uertente ſe mundo per utroſq polos:& Axem: quem ſupra dimenſionem ſphæræ diximus eſſe:& ita ſpæra collocata:ut unus polus ſemper ſit ſupra terram: alter nũquam exoriatur neceſſe eſt. Arctus quoq: & reliqua corpora: quæ ſunt in arctico circulo nunquam occidere:reliqua autem omnia exoriri:& occidere: quod inferiora ſunt ab eo circulo:quem nunquam occidere diximus. Id enim poſſe fieri hæc edocet cauſa. Videmus caput extremum draconis:quod maxime arcticon extra circulum prominet:quodam tempore ita occidere exiſtimatur: ut exortus cum occaſu permiſceatur:ut & ante diximus. Si autẽ pars aliqua occidere de ſummo circulo uidetur:neceſſe eſt omnia:quæ ſunt inferiora exoriri:& occidere. Igitur conuenit nobis ſidera uertente mundo occidere:& exoriri. Præterea hac inclinatione coeli:cum unus circulus ita ſit erectus:ut nũquam occidat. Alter ita ſit terræ ſubiectus:ut nunquam exoriatur:quicũq circuli fuerint in ſpæra: hoc eſt ab æquinoctiali ad polum: qui Boreus appellatur:nullus erit eorum:qui non maiorem partem circũductiõis habeat ſupra terram: Qui autem ab æquinoctiali fuerint circulo ad eum polum:qui notius appellatur:omnes inferiorem partem maiorem habebũt: ꝙ ſuperiorem:& quanto magis ad polum notium acceſſerint:hoc maiorẽ partem ſub terra habere perſpicientur. Et quãto magis ad boreum finem uenerint:hoc maiorem partem circuli ſupra terram tenere uidebunt. Quo enim erectior ipſe polus fuerit:hoc magis & circuli eius erectiores uidebuntur. Quod cum ita ſit:ſi duo ſidera ſimul fuerĩt orta:unum ab arctico:alterum ab antarctico circulo:ſerius occidet: id ſidus quod ab arctico circulo fuerit exortum. Ideo ꝙ maiorem habet circũductionẽ ſpæræ: ꝙ quod a notio polo eſt ortum. Si autem ſimul occiderint: ſerius exorietur id ſignum: quod ab antarctico fuerit exortum: ideo quod tota illa collatio mũdi maiorem partem habeat ſub terra:ꝙ illa pars quæ in boreo polo eſt finita. Et non modo ſigna:quæ ſunt ad arcticum finem collocata:præſtantibus corporibus:aut ſerius occidunt:aut ante exoriuntur ꝙ ea quæ notio polo depinximus. Sed ipſa quoq corpora inter ſe diſſentium: ut ſi quod inferius ſit ſignum:& id cum ſuperiore exoriatur:tamen ſerius occidat. E contrario itaq ſi qua ſunt ſigna ab æquinoctiali circulo ad notium polum figurata: horum ſi qua ſigna pariter exorta fuerint:citius occident quæ ꝓxime polum accedant. Euenit etiam:ut non modo quæ ſimul ſint exorta ſidera ex his ſerius occidant: quæ proxime arcticum circulum ſunt collocata. Sed etiam ſi qua eorum ante exorta fuerint:quæ ſunt nad otium polum finita tamen ante occidant:ꝙ ea corpora:quæ in boreo polo figurata eſſe ſupra

demonſtrauimus: ideo quod maiore circunductione ſpæræ utuntur ea corpora: quæ ab equinoctiali circulo ad arcticū finem ſunt conſtituta. Igitur oſtendimus qua inclinatione mundi ſpæra ſit conſtituta. Nunc ad.xii.ſigna reuertemur: & quorum exortu: quæ de reliquis corporibus occidant: aut oriantur commemorabimus: & initium ab ariete faciemus.

ARietis exortu: ſiniſtra pars Andromedæ prouenire. Ara autem occidere uidetur. Cum eodē ſidere exoritur: & Perſei caput uſq; ad umbilicum: ut dubiū fore uideatur: zona eius utrū uſq; extremo Ariete: an Tauro primum exoriente prodeat ad lucem. Tauro autem exorto quæ prius dubia fuerunt: omnia ſunt certa. Nam & ara omnino occidit: & Perſeus totus eſt ortus: & Aurigæ caput cum reliquo corpore dumtaxat ad ſiniſtrum pedem uidetur: & piſtrix a cauda exoriens perſpicitur. Hoc ſigno primum occidere boetes uidetur: & ſi cum quattuor ſignis occidit: neq; tamen totus ad terram poteſt uenire: Nam manus eius ſiniſtra circulo arctico concluſa: neq; oritur: neq; occidit. Geminis exorientibus tota iam piſtricis: & fluminis. Eridani prior pars apparet: & Orion exoriri uidetur. Occidit autem Ophiulcus a pedibus genuū fine. Cancer exoriens obſcurat dimidiam partem Coronæ: piſtricisq; caudam: & notum piſcē: & caput cū reliquo corpore ad umbilicum eius: qui engonaſin uocatur. Ophiulcum a genibus ad humeros: & anguem totum præter caput & ceruicem: quæ ex æſtiuo circulo tendit ad coronam. Boetem prope totum: terra tenet tectū. Exoritur autem: & orionis corpus ad zonā: & Eridanus totus apparet. Exortu leonis reliqua pars occidit coronæ: cū capite: & Ceruicibus Anguis: & ophiulco. Engonaſin autem qui uocatur eius præter ſiniſtrum genu: & pedem nihil apparet: & Boetes totus obſcuratur. Exoritur autem caput Hydræ cū lepore toto. & procyon cū pedibus prioris Canis: & Agla tota. Virgo autem exoriens: non pauca ſidera obſcurat. Nam ſtatim lyra occidit cum ſagitta & delphino: & Oloris a capite corpus uſq; ad caudam prope occidit: & fluminis prior pars: & equi caput cum ceruicibus. Exorit autem hydra ſine crateris: & canis totus: & nauis argo ſine totius ueli. Chelis exorientibus uidetur & Boetes exoriens totus: & tota nauis apparet argo. Hydraq; præter cacumen extremum caudæ: quod eſt ſub terra. Exoritur etiam genu: & ſura eius dextra: qui engonaſin uocatur. Hunc eadem nocte occidere: & exoriri licet uidere. Reliquum autem corpus: cum Scorpionis: & Sagittarii peruenit parte. Præterea cū Chelis exorit cauda Cētauri. Occidit reliquū Pegaſi corp⁹: & Olors extrēa cauda: & Andromedæ caput cū umbi

lico pegaſi: & piſtrix reliquo corpore ad ceruices: ut caput eius ſolū uideatur: & caput cephei pendens ad piſtricis occaſum cum manibus: & humeris peruenit ad terram. Scorpione exoriente duæ partes fluminis occidunt: & reliquum corpus Andromedæ cum capite Cephei. Occidit etiam Cepheus capite ad humeros: quæ pars eſt extra arcticum circulum conſtituta: obſcuratur etiam Caſſiopæia reſupinata occidens. Exoritur autē corona: quæ ante Cētauri pedes iacere exiſtimatur: & hydræ reliquum: quod caudam eſſe ſupra diximus. Prouenit etiam & corpus Centauri: quod equina figura uidetur: & ipſius hominis caput: & hoſtia: quam tenere eum ſupra diximus. Deniq ad id corpus qua fine pedes eius ſūt priores. Ophiulci autem dumtaxat caput exoritur: & ipſius anguis caput: quod eſt contra Cancrum. Sagittarium exorientem. Ophiulcus totus exoriens inſequitur: & anguis: qui ab eo tenetur: caput eius: qui engonaſin uocatur. Et ſiniſtra manus eiuſdem. Deinde lyra tota cum Cephei capite: & humeris exit ad lucem. Occidit autem canis maior cum Orione toto: & lepore: & Aurigæ ſuperiore parte corporis. Præterea caput & pedes eius. Occidit etiam totus Perſeus præter crus: & pedem dextrum. Argo autem puppim ſolam relinquens: peruenit ad terram. Capricornus exoriens: hæc ſidera ad terrā premere uidentur: reliquam figuram nauis: & ſignum quod procyon uocatur. Eodem tempore: & reliquum corpus occidit Perſei. Exoritur autem Olor cum aquila: & ſagitta: & ara: quam proximam eſſe nocio polo diximus. Aquarius exoriens ad dimidiam partem corporis equi pedes ſecū de terra ducit: & caput cum ceruice pegaſi. At etiam Centaurus a cauda ad humeros uirilis corporis occidit: cum hydræ capite: & ceruicibus. Piſcibus exorientibus: occidit reliquum hydræ corpus: & ipſe Centaurus. Exoritur aūt piſcis: qui notius uocatur: & Andromedæ dextra pars corporis.

De ſole & luna: ac cæteris planetis.

Sic igitur exorientibus duodecim ſignis: reliqua corpora occidere: & exoriri uidentur. Sed (ut ante diximus) nunc protinus de ſolis curſu dicemus: Neceſſe eſt enim ſolem: aut ipſum per ſe moueri: aut cum mundo uerti uno loco manentē. Quod ſi maneret: neceſſe erat eodē loco occidere: & exoriri: a quo pridie fuerit exortus: quēadmodū ſigna eodem loco ſemp oriuntur: & occidūt. Præterea ſi ita eſſet neceſſe erat: dies & noctes omnes æquales eſſent: ut q longus hodiernus dies fuerit: tam longus ſemp ſit futurus. Itē nox ſimili ratione ſemp æqualis pmaneat. Quod quoniā nō eſt: illud quoq neceſſe eſt cū uideamus eſſe dies inæquales: & ſo-

lem alio loco hodie occaſurum:& alio heri occidiſſe. Si igitur aliis locis ori
tur:& occidit:neceſſe eſt eum moueri:non ſtare. Solem autem contra mũ/
di motum currere ſic poſſumus intelligere. Euenit enim:ut duabus ex cau/
ſis ſidera non poſſimus uidere. Quarum una eſt cum abierint infra terram
noſtrum quoq; effugere conſpectum:ita ut inferius hæmiſphærio oſtendi/
tur. Altera autem eſt ratio:quod propter fulgorem ſolis:& uim maximam
luminis ſidera obſcurentur: ſiue quod ſtellis obſiſtit: ne candor earum ad
noſtros perueniat aſpectus:ſiue ſua magnitudine luminis officit oculis no
ſtris:ne præter eius ignem aliam rem ſuperiorem perſpiciamus. Quod ma
gis uerisimile uidetur. Neq; enim ſolis ignem eiuſmodi uidemus:cuiuſmo
di reliquos ignes intelligimus. Sed ita lumen auertit noſtrum:ut ipſe quo/
q; nobis non igneus:ſed albus eſſe uideatur. Præterea in unaquaq; nocte.
xi. ſigna neceſſe eſt apparere. Ideo q uno ſigno ſol ipſe nixus: iter conficere
uidetur:cuius figuram corporis ipſe ſuo lumine obſcurat. Cum eo enim ſi
gno:& occidere:& exoriri uidetur: Nonnulli dicunt nos. xii. ſigna dumta/
xat hac ratione perſpicere poſſe:ſi in eius ſigni prima:nouiſſimaq; parte cõ
ſiſtat. Habent enim. xii. ſigna partes eiuſdem modi: ut unũquodq; eorum
in longitudine habeat partes. xxx. In latitudine autem partes. xii. Itaq; eue/
nit ut in longitudine ſignorum annus ſit. In latitudine autem ſinguli di/
es ſint. In prima parte ſigni nihilominus nos reliquum corpus eius ſigni
uideri poſſe nonnulli dicunt. Simili ratione:& ſi fuerit in extrema parte ſi/
gni: quod fieri non poteſt. Nam cum ſol ſit in qualibet parte ſigni:& exo/
riatur:ita magnum uidetur habere fulgorem:ut omnia ſidera obſcuret. Il/
lud tamen poteſt euenire:ut cum ſol ſit in prima parte ſigni:& occidat:reli
quum corpus eius ſigni appareat. Sed certius:& uerius eſt. xi. ſigna: q̃ duo
decim apparere poſſe. Præterea queritur quare ſol contra mundi inclinatio
nem currens:uideatur cum ipſa ſua ſphæra occidere:& uerti. Nam ſi ſol cõ
tra ſiderum occaſum curreret. De Ariete ad Piſces:non ad Taurum tranſi/
ret. Exoriri etenim ante Piſces: q̃ Arietem occidere perſpiciuntur:& ita mũ/
dus uerti uidetur:ut prius Piſces: q̃ Aries occidant. Itaq; diebus. xxx. Sol in
Ariete currens:& eius corpus obſcurans: ſic dũtaxat appareat Sol:ut ex eo
loco quo Aries exoriri uideatur:& poſt triginta dies Sol uideatur ab eodẽ
loco ſurgere:ex quo loco Taurus ante exoriri uidebatur. Igitur apparet So
lem ab Ariete ad Taurum tranſire. Quod ſi ita eſt: neceſſe eſt eum contra
mundi inclinationem currere. Quare autem euenit:ut ante diximus: uidea
tur cum mundo Sol uerti. Eius ſimilis hæc cauſa eſt:ut ſi quis in nauicu
læ roſtro ſedens:inquirat ad puppim tranſire: & nihilominus ipſa nauis
iter ſuum conficiat. Ille quidem uidebitur cõtra nauiculæ curſum ire; ſed
tamen eodem perueniet:quo nauis.

Hoc autem ſic etiam facilius intelligetur: Si nauim diuiſeris in partes trecētas ſexaginta: quemadmodū ſol diebus.ccc.lx.ſimul mūdū tranſigit: eodē modo: ut ante diximus ſi nauis ſit diuiſa: & in una parte de.ccc.lx.conſtituatur quilibet eorū. Nauis autē habet unius diei curſum: ille quidem contra nauim ire. Sed cum ea ad locum definitum peruenire intelligeret. Non enī extra Nauim eſt: quia roſtro ad puppim tranſit. Sed ipſa naui continetur. Item ſol cum per ipſum mūdū iter conficiat: & eo contineatur: uidetur contra mundum ire: ſed cum eo peruenit ad occaſum. Cum enim mundus trecencies: & ſexagies ſe conuerterit: tunc ſol iter annuum conficit.

Sol



[illegible] fera nemea dl [illegible] Apollo, E Casa

De Sole.

Eſt qui conſpicuus ſuper hos quæſiuit in aſtris
Auſus habere deum ſolem: cui tramite recto
Conditio impoſita eſt uigilem tolerare laborem.

Sol est maior luna .6664 1/2 ut hēt ptholemeus [illegible]

[illegible] mag. est

Sol etiam maior est terra sexaginta sex vicibus, .s. 666.

Q Voniã de ſole:ꝗ uiſa ſunt nobis utiliſſima eſſe: litteris mãdauim⁹:
Nunc de luna dicemus. Et ſi alta conati perſcribere: uelut natura
uoluminis ad hoc deuenimus: ne nõnullis incaute huius ratiõem
relinquentes: aut ꝓꝑ magnũ laborem defeciſſe: aut inſcia ſuperati. non ua
luiſſe perſequi uideamur. Nos aũt nõnulloꝝ exiſtimatiõis timẽdæ cã pſeq:
& cõſuetudinis nĩæ rõnem demõſtraſſe. Sed qđ alteri⁹ queri uolumẽ hoc p
fecto nõ uoluimus: nec rãdiu rem cogitatã ſcripto alioꝝ ad deſiderium ad/
ducere. Præterea cũ reliqua oĩa diligentiſſime pſecuti fuerimus: alienum ui
deť eſſe nos nõ eandẽ pſequi cãm. Quare (ſicut ante dixim⁹) ad ĩcæptũ re/
uertemur: & neceſſario totidẽ uerbis de luna: ac ſole dicemus. ita. Lunã a ſo
le per alios exortus. & occaſus neceſſe eſt moueri: non ſtare. Idq; facilius: ꝗ
de ſole licet intelligere: neq; enim tã magnus ardor eius eſt: ut officiat ocu/
lis noſtris: neq; ut ſol dies. xxx. unoquoq; ſigno uehiť: ut difficile ſit intelle
ctu quanta particula luminis: aut ipſius ſigni ſupeſſe uideť cũ ad aliud tran
ſierit ſignũ. Lunã enim cum. xii. ſigna diebus. xxx. percurrat: licet intelligere
duobus diebus: & ſex horis. in alio ſigno eſſe: Hæc aũt cũ a ſole lumen acci/
piat: & ita nobis lucere uideať: non eſt uerisſimile: de tã multis cãis poti⁹ eã
conſtare: ꝗ moueri. Si enĩ ſuo lumine uteretur: illud quoq; ſequereť: eã ſemp
æqualẽ eſſe oportere: nec die triceſimo tã exilẽ: aut oĩno nullam uideri. Cũ
enim totũ tranſegerit curſum: ſola ãt ad aliud tranſire ſignũ intelligať. Præ
terea ſi ſuo lumine utereť: hui⁹ nũꝗ eclypſin fieri oportebat. Sed ne dubiũ
fiat: quare ſolis eclypſis fieri poſſit: qui utriſq; lumen dare ſupra ſit dictus.
Lunæ aũt non facile fiat: cũ alieno lumine utať. Eius hæc ueriſſima (ut arbi
tramur) eſt cã. Luna. n. cũ ex toto mũdo: & omnib⁹ ſtellis maxime terræ pro
xima uideať: & ad acies noſtras ꝑueniat. Et quodam tpe torrẽs ꝑueniat ad
eũdem locũ ſigni: quod ſol uehiť obſeruare ſumẽ eius a nr̃o cõſpectu uide/
tur. Hoc aũt maxime euenit die nouiſſimo cũ luna tranſierit in. xii. ſigna. Et
cũ ſol ad aliud ſignũ tranſire uideať: & ꝓxima fiet illi. Quod euenire: ſic etiã
põt intelligi: ut ſi qs alicui manũ planã ad oculos admouerit ꝗto magis ſic
fecerit: hoc minus ille uideri poterit: & quãto longius ab eo diſceſſerit: hoc
magis illi omnia poterũt apparere. Siĩ rõne: cũ luna ad ſolis locũ peruenit
tunc ꝓxima ei⁹ uideť eſſe: & radios eius obdurare: ut lumen emittere nõ poſ
ſit. Cũ aũt luna ab eo loco diſceſſerit: tũc ſol lumen efficit: & ita ad nr̃a adii/
cit corpora. Lunæ aũt eclypſis ſic euenit: cũ prope una dimenſione ſit luna
cũ abierit ſol ſub terram dũtaxat hoc mõ: ut p mediam terrã ſi quid directũ
traieceris contingere poſſit ſolẽ ſub terram. Lunã aũt ſupra terrã. Quod cũ
ita euenit: neceſſe eſt ſolis radios ꝓꝑ magnitudinẽ terræ ita eſſe dimiſſos:
ut lumen eius quo luna lucet non poſſit ad eã ꝑuenire: & ita exiſtimať fieri
eclypſis lunæ. Quæ ſi ſuo lumine utereť: licebat ne apparere quidem nunꝗ
ſolem: ideo: ꝙ luna nihilominus luceret. Sic nãq; accipit lumen: ut luceat
cũ ſol uenerit per terras: ſed non ut aliquem locũ cõcluſiorẽ totũq; ſpaciũ

impleat lumine. Si quis noſtrum ſteterit in eo loco: quo Sol maxime lucet reliquis partibus lumen a ſole accipiens præbebit: Id in Luna fieri inuenitur. Eam ſolis lumine acceptoꝛ lucere nõnulli exiſtimant reuibratiõe. Cum dicitur Sol in Ariete: aut in quolibet ſigno eſſe: eum ſupra ipſas ſtellas arietis iter facere. Qui autem hac ratione utuntur: longe a uera ratione errant. Nam neq; Sol: neq; Luna proxime ſidera apparent. Hac etiam de cauſa nõnulli ſeptem ſtellas erraticas finxerunt: adiungentes eodem Sole: & Lunæ: quod cum quinq; ſtellis feruntur. Luna enim proxime terræ eſt. Itaq; dieb; xxx. totum mundum exiſtimatur tranſire. Id hac euenit ratione: ſi circulos quis intra zodiaci ambitum fecerit eoſq; ſic hoc interuallo finxerit ut terra ſit in medio: & unam a terra ad lunam menſionem fecerit: q̃ Græci τωνον appellauerunt. Hunc autẽ: quia non certum ſpacium potuerunt dicere: tonon dixerunt. Hac igitur re: q; breuiſſimo circulo deuehitur diebus. xxx. ad primum peruenit ſignum.

Luna



De Luna.

Deniq; cum luna eſt: ſub luſtri ſplendet amictu.
Quum ſuccincta iacet calamos Latonia uirgo eſt.
Quum ſubnixa ſedet ſolio Plutonia coniunx.

Delia è 'l suo cammin si breve [illegible], E 'n men di 30 di compie [illegible]
[illegible] più vicina al centro solo, in guisa di [illegible]

AB hoc circulo abeſt circulus tonōn dimidioni: quo loco Mercurii ſidus uehitur. Itaq; diebus.xxx.ad alterum ſignum tranſiens. Tardi⁹ ab hoc circulo abeſt tonon dimidium: quo loco iter ſuum Veneris dirigit aſtrum. Tardius q̄ Mercurii ſtella conficiens curſum. Tranſit enim ad aliud ſignum diebus.xxx. Supra huius ſtellam ſolis eſt curſus: qui abeſt ab heſpero: quæ eſt Veneris ſtella medietate toni. Itaq; cū inferioribus pariter puolans uno anno ideſt duodecim ſigna percurrit triceſimo die ad aliud tranſiens ſignum. Supra ſolem igitur: & eius circulum Martis eſt ſtella: quæ abeſt a ſole tono dimidio. Itaq; dicitur diebus.lx.ad aliud ſignum tranſire. Hunc orbem ſupra Iouis eſt ſtella: quæ abeſt a Martis hemitonio. Itaq; uno anno ad alterum tranſit ſignum: Nouiſſima ſtella Saturni: quæ maximo uehitur circulo: hæc aũt tono diſtat a Ioue. Itaq; annis.xxx.xii.p currit ſigna. Ab ipſorum tamen ſiderum corporibus. Saturnus abeſt tono uno: & dimidio. Hac igitur ratione potes ſcire neq; ſolem: neq; lunam contingere ſtellas: & nihilominus per Zodiacum circulum uerti: Hinc etiam poſſumus intelligere: lunam minorem eſſe ſole. Omnia quæ proxima ſunt nobis maiore neceſſe eſt eſſe: q̄ quæ longo diſcedente interuallo uidemus. Igitur lunam uidemus proxime nos eſſe. Neq; eam maiorem noſtro aſpectui eſſe: q̄ ſolem. Illud quoq; neceſſe eſt cum ſol non longe abſit a luna: & a nobis maior uidetur: ſi prope acceſſerit: multo maiorem futurum. Præterea neceſſe eſt: ut ante diximus aut nullam ſtellam erraticam eſſe: aut ſolem pariter cum luna: ut reliquas ſtellas errare. Si enim quiſq̄ mihi poteſt demonſtrare quinq; ſtellarum curſum: & dicere: ꝙ hodie quæq; coram ad aliud tranſeat ſignum: quemadmodum de ſole & luna fieri uidemus: & nihilominus ſuum efficit curſum nō eſt erratica. Si autem dubium eſt quod hodie tranſeat: & ad aliud ſignum compari ratione cum luna feratur: & ſuum circulum dirigat: quemadmodū ſtellæ quæ ſunt dubiæ: neceſſe eſt has quoq; errare: ſed non euenit: ut errent præſertim cum ſuo tempore ad curſum reuertantur. Igitur ne ſtellæ quidem: cum certo tempore ad ſuum ſignum reuertantur: poſſunt errare: niſi forte uolumus accipere excuſationē quod duo corpora magna facilius poſſunt obſeruari: q̄ ſingulæ ſtellæ: quæ non certos curſus conficientes uidentur apparere.

SEd ſtellas quinq; nonnulli has aiunt eſſe Veneris: Mercurii: Iouis Saturni: & Martis. E quibus eſſe maximam colore candido: nomine Heſperum: & eam appellari Venerem. Hæc ſtella non abeſt ſole longius duobus ſignis ſubter eius circulum collocata: ſicut ante diximus. Apparens autem maxime noctu: ſed toto menſe non plus indeficiē poteſt uideri. Sed totus Heſperus ſcertos efficit curſus non eodem tempore ad præteritum tranſiens ſignum.

Venus



De la Cyprigna Dea la libra el Toro, gl'alberghi sono

Secunda ſtella eſt Mercurii nomine Stilbon: totus acuto lumine: ſed in aſpectu non magnus. Hic autem a ſole non longius abeſt ſigno uno. Qui ſemper eoſdem curſus efficiens: modo nocte: prima modo autem ad ſolis exortus incipit apparere: nōnunq̃ etiā perpetuo ſignis iiii. eſt cum ſole: rediens autem cum ſole: non amplius eſt: quam tertiam partem ſigni.

Mercurius



Di quel [illegible] ad [illegible] [illegible]
le luci et l'alma. E chiari dui germani
d'Helena già fratei di Leda figli
Et la vergine astrea gl'alberghi sono

Stella Mercurij scintillat ut a preceptore meo accepi
et ego. ipse vidi

IOuis autem ſtella nomine Phætonta: corpore eſt magnus. Figura autem ſimilis lyræ. Hic autem .xii. ſigna annis totidem trãſigere exiſtimatur: & unoquoq; anno nuſq̃ apparere dicitur: non minus dies .xxx. non plus .xl. Sed tunc maxime obſcuratur cum occidit cũ ſole. Exoriens autem apparet anteq̃ ſol.

Iupiter



SOlis ſtella nomine Phaeton:corpore eſt magno:colore aũt igneo: ſimilis eius ſtellæ:quæ eſt in humero dextro Orionis;Hic per.xii.ſi-gna aſſiduæ ferri uidetur : nõnũq̃ etiam cum ſolis ipſius ſideribus apparet:modo aliis partibus adiectis circuli.Hanc ſtellam nõnulli Satur-ni eſſe dixerunt.Redire autem ad ſignum annis.xxx.& quotãnis nõ appa-rere.Non minus dies.xxx.nec amplius.xl.

Saturnus



REliquum eſt nobis de Martis ſtella dicere: quæ nomine Pirois ap
pellatur.Hæc autem non magno eſt corpore:ſed figura ſimilis ẽ
flammæ.Nonnunquam autem cum ipſius ſolis ſideribus conc
rens:oĩa peruolat ſigna:ſedens ad primum ſignum non longius biennio

Mars



QVod ad quinq; ſtellas attinet: hucuſq; ſatis arbitramur dictum. Nunc autem demonſtrabimus: quibus de cauſis menſes intercalentur. Quoniam tempus omne metimur die: & nocte: menſe: & anno. Quibus diem nobis diffinierũt: quãdiu ſol ab exortu: ad occaſum perueniat. Noctis autem ſpacium cõſtituerunt eſſe: quãdiu ſol ab occaſu: rurſum ad exortum reuertatur. Menſem autem quãdiu luna zodiacum circulum perducat. Annum autem eſſe: cum ſol ab æſtiuo circulo uoluerunt redit.

Iacobus Sentinus Ricinenſis lectoribus felicitatem.

SI quis ades ſacrum Cyrrham conſcendere montem.
Qui cupias: muſas uel coluiſſe nouem:
Scito prius: q̄ ſis redimitus tempora lauro:
Eſſe opus Aſtrorum cognitione tibi:
Quodq; ita ſituatum teſtes monumenta priorum
Sunt: quibus in cunctis ſidera cuncta micant.
Agricolas aliis poſitis: nam reſpice librum:
Quo docuit terras uertere rite Maco:
Inuenies illic tot tempore ſæpe ſereno:
Quod cœlum ſpectans ſidera nocte uides.
Arma per Emathios campos: qui ſcripſit: & ille
Carmine meonio ſidera plura ſonat:
Exul quiq; fuit Veneris quia tradidit artes
Inſeruit faſtis ſidera quæq; ſuis.
Vtq; alios taceam: nullus mihi crede poeta
Eſt bonus: aſtrorum cognitione carens.
Quæris ubi inuenias: a quo uel diſcere poſſis
Sidera tam docti: quæ cecinere uiri.
Ecce opus: Hyginius: qui nunc quot ſidera mundus
Altus habet: tot nos ſidera noſſe docet:
Quidq; ſit inferior mundus: quid ſphæra: quid axis:
Quid centrum ſphæræ: quid ſit uterq; polus:
Aurea mala ferox ſerpens: qui plura puellis
Seruabat: quid ſit Arctophilaxq; ferus:
Hinc Elice quid ſit: uel quam Tyrus aſpicit arcton
Noſcere tu nunc ſit quid Cynoſura: potes.
Perſeus Andromedæ monſtro religata marino
Cunq; Meduſeo lurida Gorgon equo.
Gnoſia cum fulua fuerat redimita corona:
Qua prius: & magno ſtructa ſonore lyra.
Engonaſis Cepheo cum Caſſiopæia magno:
Et Nemeſin fallens corripiendus Olor:
Atq; Aquila: Heniochus: Delphin: Deltoton: & ille:
Quem cingit Serpens: atq; ſagitta ſimul:
Bis ſex poſt iſtas cœleſtia ſigna figuras:
Cetus: & Eridanus: & Lepus: atq; Canis:
Et Procyon uates multum cantatus Orion:
Ara quoq; a magno condita ſacra deo:

Argos:Phyllirides medica doctiſſimus arte:
Hydra:uia & quæ nunc lactea nomen habet:
Pluraq; in hoc paruo narrantur mixta libello:
Quæ ſunt in ſtellas corpora uerſa nouas:
Quin etiam cauſæ cur ſic mutata fuerunt
Monſtrantur:faciles omnibus atq; domus.
Hunc igitur quiſquis doctas coluiſſe ſorores:
Hunc eme:uel quiſquis ſidera noſſe cupis:
Hunc lege:qui latios optas uel noſſe poetas:
Hunc lege:uel Rhetor qui bonus eſſe uelis:
Hunc legat omnis amans:legat hunc quicũq; labores
Suſtinet:atq; illud ponere tentat onus.
Attamen ingrati ne uos poſſitis haberi:
Quo nihil in mundo turpius eſſe poteſt:
Dicite poſt meſſem uiuat per Neſtoris annos
Vtile qui nobis tam bene preſſit opus.

Impreſſum Venetiis Per Melchiorem Seſſa
Anno Domini.M.CCCCC.XII.
Die.XV.Menſis Septembris.

In nomine Domini.

A terra uſq; ad lunam eſt diſtantia 126600 ſtadiorum .i. 15825 miliariorum.

A luna uſq; ad mercurium 7812 miliaria. & ſemis.

Inde ad uenerem 7812 miliaria.

Inde ad ſolem 2246 miliaria.

A ſole ad martem 15625 miliaria.

Inde ad Iouem 7812 miliaria.

Inde ad firmamentum 22426 miliaria.

Inde ex his colligi poteſt ꝙ a terra uſq; ad coelum interſunt 107570 miliaria.

Circuitus terræ eſt 180000 ſtadiorum .i. 22500 miliariorum.

De ventis

Flant ſubsolanus vulturnus et eurus ab ortu,
Afer die medio notus [illegible] Affricus Austro
Circius occasu zephirusq; fauonius afflant,
Sed ueniunt aquilo boreas et chorus ab Arcto

00010269

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019